Beneficiū simplex an possit pꝛferri patiēti sciētie defectū. vide gl. d. elec. c. eū in cūctis. in pꝛnci. §. episcopus et alij.

Beneficiū pꝛtinet pꝛferri subalternato modo vacādū: videlicet si vacet tali modo vel tali vel quocumque alio. itē pꝛtinet pꝛferri etiā non expresso aliqꝛ modo vacādū. sicut sufficit dicere pꝛfero tale beneficium vacans. non. lap. alle. vj.

Beneficiū acquiri pꝛ solam collationē siue pꝛuisionem pꝛ quam ius qꝛitur etiam ante possessionem adeptam. de rescriptis. c. gratia. d. pꝛben. si tibi. li. vj. et c. quondam. et ibi non. Jo. an. in nouel. et est textus in. c. si. de pꝛe. pꝛe. li. vj. et non. Anno. et Jo. an. d. his que fi. a maio. par. ca. c. ex ore.

Beneficiū possessionē ingrediens pꝛpria auctoritate pꝛ executionem sententię. vel alio legitimo titulo: non pꝛiuat iure suo si nullā violentiam cōmiserit. nota. Ro. cōclu. cccc. d. l. pone. secus si violēter itrauit. ut non. Ro. pꝛolu. l. vj. et pꝛolu. ccccxxvj.

Beneficiū an possit pꝛferri ei quod suspensus est quo ad se tū. vide sub verbo suspensus.

Beneficiū semp̄ est curatū quā est pꝛncipalis dignitas in ecclesia collegiata. si ad illud eligat quis in rectore et pꝛlatu pꝛ capitulum ipsius ecclesie non. Ro. pꝛolu. ccccxxij. et vide quod non. lap.

de pben. c. cū in illis. li. vj.
Beneficiū non p̄t aliq̄s resignare sine aucte su-
 perioris ad quē p̄tinet resignatiōez recipe. be-
 ficiū p̄ferre. ⁊ q̄ p̄t resignatē inuitū destitue-
 re. nō. Ro. cōclu. ccxciiij. ⁊ ad illū p̄tinet resi-
 gnationē recipe q̄ p̄t resignantez inuitū desti-
 tuere. nō. p̄clu. clxxiiij. **P**redicta vera q̄n resi-
 gnans h̄z ius i re. s̄z si habet ius soluz ad rem.
 p̄t renūciare i manib⁹ cuiuscūq̄. nō. Ro. p̄cl.
 cclix. ⁊ vide s̄b x̄bo renūciatō. s̄. renūciare nō
Beneficiū si ē acceptatū tāq̄ vacans (p̄t.
 vno modo siue post mortem vni⁹ qd̄ vacabat
 post mortē alteri⁹: valet acceptatio s̄z nō pui-
 sio. q̄ acceptatio nō est nisi qd̄ declaratio vo-
 lūtatis q̄ satis declarata est q̄n p̄stat de corpe
 b̄nficij s̄z fuerit erratū in p̄sona. nō. Ro. p̄clu.
 ccxiiij.
Beneficiū impetrās tanq̄ vacās p̄ obitū. non te-
 net p̄bare tituluz sui p̄decessoris s̄z sufficit q̄
 p̄bet eū possedisse ⁊ p̄ tali reputatū fore **I**dē
 in eo q̄ p̄tendit ius in b̄nficio ex causa p̄muta-
 tionis. q̄ non tenet p̄bare de titulo ei⁹ q̄ secū
 p̄mutauit. s̄z solū de possessione ⁊ reputatiōe.
 vt nō. Ro. cōclu. cvj. vide omnino lap. alle.
 lxxxviij. vbi dicit q̄ si p̄tra p̄batē cōmunē re-
 putationē ⁊ famā defuncti: p̄bare defūctuz
 habuisse certū titulū s̄z inualidū. ⁊ ex h̄ nō cō-
 cludif eū ius nō habuisse q̄ potuit esse q̄ ha-
 buit etiā aliū titulū bonū.
Beneficia nō p̄nt dari ad t̄ps p̄ inferiorē a papa
 nō glo. in. c. j. de capellis mo. li. vj.
Beneficia vacatura s̄z non possint esse debita ex
 dispositiōe hoīs: p̄nt t̄n deberi ex dispositiōe
 legis. nō. glo. de p̄bē. dilect⁹. f. ⁊ ibi do. an. et
 p̄ eundē in. c. cū m. de p̄sti. sup̄ q̄ dic vt hodie
 nō. p̄ glo. de p̄cessiōe p̄ben. c. ij. li. vj.
Beneficia vacatā p̄ asscūtiōez dignitatis ad
 quā q̄s ē elect⁹ ⁊ cōfirmat⁹ i curia: nō dicūtur
 vacare i curia s̄z in loco vbi possessionē digni-
 tatis assequit⁹ p̄ se vel p̄ p̄curatorē ad h̄ man-
 datū habentē. si aut̄ nō habet mandatū. tunc
 vacāt in loco in q̄ fit ratificatio. s̄z si post cōfir-
 mationē (ante t̄n p̄secrationez) erat possessio
 nē asscūct⁹: tūc vacant in curia vbi fit p̄se-
 cratio. vbi aut̄ possessionē dignitatis nō fuit asse-
 cutus p̄ senecp̄ aliū s̄z p̄ eū stetit q̄ min⁹ asse-
 queret⁹: tūc vacant in loco in q̄ vacasset si pos-
 sessionē fuisset asscūct⁹. nō. glo. singu. in de. f.
 vt lite pendēte. sup̄ x̄bo collato.
Beneficiū vacās ex renūciatiōe p̄ p̄curatorē
 ad h̄ habētē mādātū in curia facta. d̄z vacare
 i curia s̄z p̄ncipalis t̄pe renūciatiōis sit ex curi-
 am. s̄z si p̄curator nō habuerit mādātū ad h̄.
 t̄n p̄ncipalis ratificauit tūc d̄z vacare i loco ra-
 tificatiōis. nō. glo. singu. in de. f. vt lite pendē.
 sup̄ x̄bo collato.

Beneficioz p̄ferēdoz t̄ps q̄n icipit currere ei
 ad quē p̄tinet collatio iure p̄prio vel etiā de/
 uoluto. vide sub x̄bo ep̄s. s̄. ep̄s q̄n. ⁊ s̄. ep̄o
 ad quem.

Beneficialis causa d̄z ⁊ sup̄ b̄nficio agi: siue agat
 petitorio siue possessorio ad b̄nficiū. qd̄ ē vez
 i materia nō exorbitāti. sicut ē in casu de. j. di-
 spendiosam. de iudicijs. sec⁹ in exorbitātib⁹ i
 q̄bus debēt x̄ba p̄prie ⁊ stricte intelligi. tunc
 d̄z d̄starat causa b̄nficialis ⁊ sup̄ b̄nficio agi:
 q̄n agif sup̄ iure ⁊ titulo b̄nficij. vt nō. an. de
 iura. calū. c. ij. x̄. nō hic i. iij. colū. s̄z si agif su-
 per possessione: illa nō est p̄prie causa b̄nficia-
 lis s̄z q̄ si b̄nficialis. vt idē an. nō. de ordi. cog.
 c. cū dilect⁹. s̄. verum. x̄. q̄ro an hec exceptio.
 viij. colū. **P**er q̄ patz q̄. c. si hi p̄tra q̄s vt lite
 pendē. li. vj. qd̄ loq̄tur i materia exorbitanti
 vt ibi nō. **J**o. an. in nouel. debet intelligi q̄n
 agitur sup̄ iure ⁊ titulo b̄nficij nō sup̄ sola
 possessione. ⁊ ita itellexit ibi **J**o. an. in glo. su-
 per verbo litigat. iūcta glo. quā posuit in. c. j.
 eo. ti. ⁊ li. sup̄ x̄bo litigantib⁹. s̄z lap. ab. ibi di-
 xerit q̄. d. c. ij. habet locū etiā si possessorio
 agat. s̄z p̄ p̄dicta apparet q̄ male dicit nō ob-
 stante. de. j. de sequel. pos. quā alle. quia ideo
 ibi possessoriū cōprehēdit. q̄ illud in illa de.
 exprimit. als possessoriū non venisset vt ex p̄-
 missis apparet. qd̄ p̄bat p̄ id qd̄ nō. **J**o. an. i
 ea. de. in glo. sup̄ x̄bo etiā si dignitas.

Beneficiū primū non dicit vacare p̄ asscūctio-
 nem administrationis alterius incōpatibilis
 delate ex cōsuetudine vel statuto eccl̄ie vacā-
 te sede. nec p̄pter talē administratiōem cū re-
 tentione p̄mi b̄nficij q̄s incidit in penā cōsti-
 tutionis execrabilis. nō. pe. more d̄ offi. lega.
 c. deliberatiōe. li. vj. sup̄ glo. in verbo electio-
 nis. ⁊ ibi vide **J**o. an.

Beneficiū manuale si abbas vel ali⁹ p̄latus re-
 uocet nō subsistente iusta causa ⁊ rationabili
 an p̄t reuocat⁹ habere recursum ad superio-
 rem. vide **J**o. an. de p̄ben. cum singula super
 glo. ad idē li. vj. ⁊ de sta. mo. cū ad monasteri-
 um. i glo. super x̄bo oportuerit. ⁊ glo. sequē.
 ⁊ qui de. vel vouē. c. insinuāte. super. iij. glo.
Si autē tale beneficiuz monacho cōferatur p̄
 papā vel collatū per abbatē papa confirmet:
 non poterit abbas reuocare nisi ex causa no-
 ua sup̄ueniēte. nō. an. de elec. c. cum inter. et
Jo. an. de p̄ben. c. nisi super x̄bo d̄ p̄uentib⁹
 de offi. ordina. presenti. in principio. li. vj. in
 nouel. vbi dicit q̄ monacho cui papa cōtulit
 prioratū manuale: quo ad illuz est ab abbate
 emācipat⁹. h̄ itellige q̄n papa p̄fert ex sua po-
 testate. sec⁹ si ex deuoluta. q̄ tunc natura ⁊ vi-
 res b̄nficij non alterantur. nō. an. de confir.
 vt. c. p̄orrecta. vide oino s̄. s̄. beneficia manu

aliaz p papā. 7 vide Jo. an. post Inno. d. offi. fi. dele. sup eo. 7 pe. more. d. offi. ordi. pnti. li. vi. 7. vi. lap. ibidē q̄ dicit q̄ hodie p exuagā. pnt ad nutū reuocari nō obstāte puisione v̄l p̄firmatiōe papali. vide lap. de casti. alle. ix. 7 xxxiii. vbi dicit q̄ lz bñficiū manuale collatū monacho p papaz sit p illa vice ppetuū. tñ si postea vacet redit ad nafaz suaz 7 efficit manuale. 7 idē nō. an. de p̄fir. vii. porrecta. vide oino sub x̄bo religiosus. s̄. religiosus nō pos

Beneficiū q̄ q̄s ē ip̄o iure puat? (sit p̄sentire an possit cōferri p ordinariū añq̄ ille p sniaz declarē puat? vide lap. de casti. alle. cxx vii ad finē. vide tex. 7 glo. vbi dicit dubiuz determinatū. d. p̄bē. licz ep̄s. li. vi. vbi dicit exp̄sse q̄ valet collatio lz nō posset eo nō vocato auferri possessio. 7 ita cōclu. Inno. de resti. spo. c. sollicitate. in pe. q. adē dicit glo. de elec. cōmissa li. vi. sup x̄bo iusto impedimēto.

Beneficiū aut ius i bñficio nō acq̄rit p sniaz ordinariā iniuste p aliq̄ puū latā. vide sub verbo snia. s̄. snia in reali.

Beneficia p̄moti ad eccl̄iaz cathedralem nō pnt p̄ferri p papā vt vacātia: añq̄ p̄mot? possessiōne eccl̄ie pacifice adipiscat. nō. glo. in cle. f. vt lite p̄. q̄d itellige de p̄tate ordinaria. qz de absoluta p̄t cū in bñficialib? habeat p̄tatem liberā. vt p̄t ex tex. d. cle. in fi.

Beneficiū q̄d sit eccl̄iasticū cognoscit ex tripli ci q̄litate. videlz p̄sone puidētis q̄n ē p̄sona eccl̄iastica. 7 p̄sona puū q̄n soli clerico puū def. 7 bñficiū q̄n hz aliq̄d sp̄ūalitaris annexū qz p̄pter diuinū officiu dāt bñficiū eccl̄iasticū. Itē q̄n bñficiū dāt pure 7 in p̄petuū. non p̄ditionaliter nec ad t̄ps. nō. Jo. cal. et nō. an. d. rescriptis. in. c. vera. 7 p̄mas q̄litates ponit Jo. an. de rescriptis. postulasti.

Beneficiū reseruatū vacās lz alteri cōmendet: non expirat reseruatō. qz donec durat vacatio durat reseruatō. d. p̄bē. statutū. 7 de elec. si eo tpe. li. vi. 7 nō. Ro. p̄clu. cxx vi. lz p̄ cōmendam non desinit bñficiū vacare. ḡ. 7 c. p̄bo antecedēs. qz p̄ cōmendam nō acq̄rit ius i bñficio vt nō. gl. in. c. nemo. d. elec. li. vi. 7 bñficiū um vacās nō desinit vacare nisi alteri sit ius q̄sitū in re. vt nō. i. cle. f. vt lite p̄dē. ex h̄ descēdit q̄ habēs cōmendam p̄lature nō d̄r p̄lar? vt nō. glo. i. d. c. nemo. 7. xxi. q. f. q̄ plures. qz p̄lar? hz ius i re: cōmēdatari? nō. vt nō. Inno. d. accusa. si p̄stiterit. imo nō solū ius non hz nec possessoriū. vt p̄t ex tex. 7 glo. in. d. c. si p̄stiterit. 7 p̄p̄lea qz cōmēdatari? nō hz ius in bñficio. p̄mittūt iura q̄ q̄s possit eodē tpe sine disp̄satiōe tenē duas prochiales. vnā i titulū bñficiū: aliā i cōmendam. vt ē casus i. d. c. dudū ij. de elec. 7. d. c. q̄ plures. xxi. q. f. **P**er quos

tex. patz qz p̄cedēs cōmendam. nō p̄fert titulū in bñficio. qd̄ ḡ dicit glo. in. d. c. nemo. qz comenda ē titulus canonic? intelligit de titulo q̄ ad administrationē n̄ q̄ ad ius i bñficio comēdata/ to q̄rendū. nō obstāte qd̄ dicit glo. qz durāte cōmēda nō vacat eccl̄ia. qz vez ē qz nō vacat de facto p̄pter titulū comende. lz vacat de iure ex eo qz null? hz titulū ex q̄ ius q̄rat in bñficio. 7 ita distinguit archi. in. d. c. qui plures. **U**el magis apte dicendū ē cū titul? comende sit iuris: qz eccl̄ia comēdata n̄ vacat simpliciter 7 p̄fecte etiā de iure: lz vacat p̄m qd̄ videlz respectu tituli bñficiū p qd̄ q̄rit ius in re. et ista fuit mens Jo. an. lz nō sic aperte declarauit i. d. c. nemo. in nouel. ex h̄ seq̄t qz cū p̄ comendam nō cessat p̄fecta vacatio. nō cessat etiā reseruatō. vbi enī aliq̄ dispositio duratura est ex subsistētia alicui? rei lz p̄s ip̄ius rei pereat. tamē si aliq̄ p̄s subsistat in re tota dispositio durat ff. d. viufruc. l. si cui insule. 7 de p̄trahē. emp. l. donū. s̄. si non quātacūqz. donec ergo papa de bñficio reseruatō p̄fecte puiderit p titulū ex q̄ ius in bñficio q̄rit 7 p qd̄ vacatio p̄fecte extinguit. reseruatō nō expirat. **P**er h̄ ad dubiū de q̄ q̄rit cōcludēs dico: qz morte comendatariū lz expiret titul? comende. tñ nō inducitur noua vacatio q̄ ad titulū bñficiū. quia illa semp̄ durauit. 7 p̄ illā etiā durauit reseruatō. 7 p̄pterea lz comendatari? decedat. non poterit inferiora papa obstāte reseruatōe de illo bñficio puideri. 7 p̄ ista defēdit opinio Fre. defenis. q̄ idē tenuit lz has rationes non allegauit in suo tractatu permutationum. xv. q. **R**ota i antiquis dicit p̄dicta esse vera q̄n comenda sit ad t̄ps certū. secus si ad incertū. qz tunc reseruatō expirat. sed do. de sc̄to gemy. in. c. nemo. distinguit aut papa reseruat bñficiū puisioni vel dispositiōi sue aut collatiōi. p̄mo casu p̄ comendaz expirat reseruatō. sc̄do casu sec? lz ad vnū aliud aditēdū est qz lz bñficiū comēdatū nunq̄ fuisset reseruatū. tamē ex quo papa i eo manū apposuit illud comendando non p̄t inferior de illo se itromittere anteq̄ papa perfecte puideat. ar. c. vt nostrū de appel. 7 qd̄ nō. Jo. an. de excels. p̄la. c. iter dilectos. 7 ita tenet compos. de elec. cū nobis olim. i. fi. vide s̄. s̄. bñficia comendata.

Beneficia regularia nō sunt perpetua sed manualia 7 ad nutuz reuocabilia. de sta. mona. cum ad monasteriū. s̄. f. 7 in cle. f. s̄. ad bec. e. ti. 7 in cle. f. s̄. p̄missa. de sup. negli. p̄rela. et vide s̄. s̄. beneficia manualia. et. s̄. beneficiuz manuale. qd̄ itellige nisi sint bñficia electiua: illa enī sūt p̄petua nec pnt reuocari sine iusta 7 magna causa. de sta. mo. c. ij. s̄. fi.

Beneficiū simplex nō dicit req̄rere cōtinuaz 7

personalem residētā lz ex ei⁹ fundatiōe debeat
ibi esse p̄sb̄ deputatus ad missaz quotidie ce-
lebrādā. qz poterit facere celebrari p̄ aliū. nō.
lap. alle. cxvj. z. cxvij.

Beneficiorū pp̄ietas ē illoz ad quos spectat
collatio eorū. vt nō. Inno. de transac. c. sta

Beneficiū si impetrat p̄ non cleri (tuim⁹.
cum tpe impetratiōis nō valet impetratio. si-
militer si p̄sentat nō cleric⁹ p̄ patronū non va-
let p̄sentatio. nō. an. de iurepa. cōsultatiōib⁹
in sc̄do notabili. Quid si tēpore l̄raz patroni
nō erat cleric⁹ sed tpe p̄sentationis ip̄az l̄raz
fuerit cleric⁹ cogitabis? Quid de ordine quē
requirit b̄nificiū an debeat adesse tpe quando
q̄s impetrat vel p̄sentat. vide de p̄b̄. si p̄ cle-
ricis. z de insti. c. j. li. vj. vide plene p̄ an. i. c.
fi. de rescrip. ix. colū.

Beneficia plura an p̄t quis habere sine disp̄-
satione. vide plene p̄ an. z Fr̄a. de zabo. i. cle.
gr̄e. de rescriptis.

Bigam⁹ ver⁹ ē q̄ cū vidua vel corrupta
matrimonii p̄traxit. vel q̄ diuersis tē-
porib⁹ successiue habuerit duas vro-
res z an nō corruptas. qd̄ ē vez q̄n matrimo-
niū tenuit. sec⁹ si de facto vel cū vidua vl̄ cor-
rupta vel cū sc̄da vrozē cōtraxit. qz tūc ē iter-
pretatiue bigam⁹. nō. Ro. p̄clu. ccccxxvij

Bigam⁹ siue sit ver⁹ siue interpretatiu⁹: non p̄t si-
ne disp̄satione ad ordines pmoueri. dispen-
sat aut̄ ep̄s quo ad miores. sed quo ad sacros
sol⁹ papa cū vō bigamo dispensat de potesta-
te absoluta nō de ordinaria. cuz interpretatiuo
autez de ordinaria disp̄sat. nō. Ro. conclu.
ccccxxvij. Qd̄ dictū est ep̄m disp̄sare posse
q̄ ad miores. vez ē fm̄ Hosti. s. Jo. an. z an.
tenēt p̄trariū in. c. sup̄ eo. de bigamis. p̄ tex.
e. ti. c. j. li. vj. vbi etiāz h̄ tenet Fr̄a. vercellen.

Bigam⁹ p̄mot⁹ ad ordines sine disp̄satiōe. re-
cipit caracterē s̄z nō executionē ordinū. z sup̄
tali executionē sol⁹ papa disp̄sat etiā de ordi-
naria p̄tate. nō. Ro. p̄clu. ccccxxij.

Bigam⁹ ē irregulari de iure positiuo. s̄z non ē
iure naturali. nō. Ro. p̄clu. ccccxxvij.

Bona fides p̄sumit̄ eoi⁹ q̄ titul⁹ p̄ba-
tur. vbi aut̄ nō apparet de titulo q̄liter
p̄bef̄ bona fides: vide s̄b̄ vōbo p̄scriptio
s̄z p̄scriptio iuris incorp̄oralis mere realis vi-
delicet fuitutis. z s̄z p̄scriptio iuris incorp̄o-
ralis mixti. Et adūte q̄ vbi bona fides p̄sumi-
tur. h̄ nō sufficit nisi ps̄ deducat z alleget bo-
nā fidem. nō. an. de censu. puenit. iij. carta. v.
circa quartū.

Bonā fidē d̄z habere ille q̄ errat in iure. puta si
habuerit titulū de iure iualidū quē putat va-
lidū. idō tūc p̄cedit p̄scriptio i casib⁹ i q̄b⁹ suf-
ficit sola bona fides: sicut ē de iure canonico i

p̄scriptione q̄ nō est p̄tra ius cōmune. nō. an.
de censu. puenit. in vlt. colū. vide pleni⁹ sub
vōbo p̄scriptio. s̄z p̄scribere volēti.

Brauiū si debeat ei q̄ p̄us ad brauium
applicuit. z equus siue regatio q̄ alios
eq̄s p̄cesserit an illi debeat. vide Bar.
in. l. j. s̄z itē acq̄rim⁹. v. certū. ff. de acq̄rē. pos.
z in. l. j. s̄z q̄sitū de acq̄ quoti. z esti. z Bal. in. l.
q̄ fundū. ff. quēad. serui. amit. z si plures siml̄
ad palliū applicant an illis cōmuniter vel nul-
li palliū debeat. etsi nulli debeat. sed de nouo
curri debeat. an illi soli q̄ simul applicuerunt
vel etiā oēs alij debēt ad cursū admitti. vide
Bal. in p̄hemio. ff. s̄z cuz nos. z ange. in. l.
cū q̄. ff. ad trebellia. z in. l. ex duob⁹ impuberi-
bus. ff. de vul. z pupil. substi.

Brocardū si non valet qd̄ ago vt ago.
nec valet vt p̄t. p̄cedit q̄n peccatur in
causa efficiētī z formali simul. vel in so-
la forma. sec⁹ q̄n peccat in materia vel i causa
efficienti t̄nū. qz tūc valet vt p̄t. nō. an. de offi.
dele. cū sup̄. de app. ex insinuatōe. z d̄ spon.
impu. c. a nobis.

Brocardū q̄n nō possum alteri culpaz obicere
de q̄ lucrū sentio. q̄liter debeat limitari z itel-
ligi vide s̄b̄ vōbo culpa.

Brocardū vinco vincētez te dico vincē te q̄lit̄
itelligat. vide Cy. i. auē. licet. c. d̄ nat̄ ali lib.
z Bar. in. l. de accessionib⁹. ff. de diuer. tēpo.
p̄scrip. z pleni⁹ in. l. claudi⁹ felix. ff. qui po. in
pig. ha. z vide tex. z glo. in. c. aucte. de p̄cel.
p̄ben. li. vj. z Aldra. p̄silio. clxxxv.

Canonice eccle

Canonice eccle
sie cathederal̄ lz p̄b̄dā n̄ habe-
at s̄z expectet. cētes in dignita-
te. z debet interesse electionib⁹
tractatib⁹ p̄silijs z alienatiōib⁹
nō. Ro. p̄clu. ccccxxvij. z vide s̄b̄ vōbo p̄sensu
Canonice eccle cathederalis h̄nt p̄minētiaz et
maioritatē sup̄ alios clericos ciuitatis z dyo-
cesis. z dicunt̄ ps̄ corp̄is eccle z ep̄i. qz ep̄s
ē caput z ip̄i mēbra. z esse canonicū honor est
nō. Ro. p̄clu. cxxxij.

Canonice nō h̄z ius eligendi nisi ei sit assignat⁹
loc⁹ i caplō. nō. an. d̄ cau. pos. c. fi. ix. colū. v.
ex p̄dictis p̄cludit̄. z multi sūt canonici q̄ nō
h̄nt ius eligēdi. nō. Inno. de elec. c. bone.

Canonice an possit eē p̄curator p̄ canōico etiā
sine mādato. vide s̄b̄ vōbo p̄curator. s̄z p̄cura-
tor p̄t esse canonic⁹.

Canonicoz receptio vbi nō ē cert⁹ numer⁹ non
h̄z t̄ps limitatū a iure infra qd̄ fieri debeat s̄z
p̄ superiorē p̄t certuz t̄ps assignari infra qd̄ si
receptores negligētes erāt superior recipiet.
nō. Fre. in tract. pmu. q. xxix.

Canonicus vltfranumerarius sub expectatiōe p̄bende sicut sunt expectatēs apostolici in ecclesia vbi est distinctō p̄bendarū vocant̄ canonici in v̄bis. **N**ec p̄petuo retinet illū canonicatū p̄ papā collatū. imo vacante p̄bēda canonicali intra numerū ⁊ collata expectati. statim cōsequit̄ nouū canonicatū intra numerū. et p̄mus esse desinit ⁊ redit ad papā. no. **R**o. con. clu. ccccxxvj. idē nō. an. de p̄sti. cū in vlti. carta. v. ij. q̄ est differētia. ⁊ in colū. fi.

Canonic⁹ ⁊ p̄benda distincta ⁊ p̄ eo instituta. tantā h̄nt inuicem cōnexitatē ⁊ correspondētiam q̄ ille q̄ assequit̄ p̄bendā canonicalem p̄ p̄sequens assequit̄ canonicatū illū p̄ quo fuerat instituta. p̄pterea dicūt doctores. q̄ si papavtēdo sua p̄tate excellētī dat alicuī canonicatū sup̄ numerū sub expectatiōe p̄bēde et postea p̄benda vacans sibi cōferēt. eō ip̄o intelligitur sibi p̄ p̄sequēs collatus canonicatus q̄ cū p̄benda vacauit. ⁊ alter canonicat⁹ p̄mo p̄ papā collatus desinit. no. **R**o. p̄clu. ccccxlj. idem nō. an. de p̄sti. cū in vlti. carta. v. ij. que est differētia. ⁊ vi. f. sub v̄bo collatiōe p̄bende

Canonicus p̄t de iure recipi in ecclā vltra numerū p̄bendarū q̄ in eadem certe ⁊ distictē sūt no. **R**o. p̄clu. cccxxij.

Canonicus regularis hodie p̄t sine dispensatione ⁊ p̄sensu sui p̄lati p̄fici p̄ ep̄m ecclē parochiali etiā seculari. no. **R**o. cōclu. cclij.

Canonicatu vacante p̄nt plures eligi ad illū canonicatū. fm̄ inno. ⁊ no. **R**o. p̄clu. ccccxxvj. in p̄in.

Canonicus ratōe solius canonicē p̄cipit q̄tidianas distributōes ⁊ p̄cipiat de cōmunit⁹ redditibus ⁊ superexcrecentibus fructib⁹. h̄z etiā mensam grossam. imo etiam oēs fructus vbi nō est distinctio p̄bendarū. qd̄ est verū in canonicō intra numerū. secus si sit extra nūerū. no. **R**o. p̄clu. ccccxxvj. vide. f. s. canonic⁹ supernumerarius.

Canonica p̄t dici beneficiū ecclēsticū. ⁊ appellatiōe canonicē continēt omne b̄nificiū ecclēsticum canonicē obtentū. no. **R**o. p̄clu. ccccxxvj. ⁊ io. an. in. c. f. de elec. lib. vj. sup̄. v̄bo canonicas. in nonella.

Canonica censet̄ mater. ⁊ p̄benda filia. qz ex canonica p̄cedit ⁊ p̄ ea instituta est. no. **R**o. con. clu. ccccxxvj.

Canonicus cui⁹ etatis esse debeat vide sub verbo minor. s. minor. xiiij. annis.

Canonicū appellatiōe an cōp̄bendat̄ cleric⁹ vel ecclā. dic q̄ sic in materia larga ⁊ fauorabili secus in stricta ⁊ odiosa in qua appellatiōe canonicorū nō veniūt clerici. nō. lap. de elec. c. f. li. vj.

Canonicū an ⁊ quādo ⁊ de quibus rebus p̄nt

facere statuta. vi. glo. clarā in. c. ij. de v. sig. et ⁊ qd̄ no. io. an. de p̄sti. cū omēs. in p̄n. ⁊ an. e. ti. cū in. viij. colū. v. nota q̄ canonici.

Canonicū duo si recipiant simpliciter vacante dū taxat vna p̄benda valet receptio ⁊ p̄benda debetur p̄mo recepto. ⁊ si nō cōstet quis p̄mo receptus sit. est locus gratificatiōi. p̄ cap̄m tam de superexcrecentibus fructibus alteri p̄uidebitur. **U**bi aut̄ duo in canonicos recipiūt nō simpliciter sed formaliter exp̄mit q̄ eos recipiunt ad p̄bendā vacantē. ⁊ hoc fit sub diuersis ratōibus. vt qz dicunt recipim⁹ vos in canonicos. ⁊ vob assignam⁹ talem p̄bendā. tūc valet receptio ⁊ nō assignatio. vbi v̄o sub eadez oratiōe ⁊ vnico verborū cōglutino plures recipiunt. puta recipimus vos ad talē p̄bendam ⁊ si cōstat q̄ recipiunt̄ aimo scindēdi eā. non valet receptio. secus si recipiūt aimo p̄stitue di duas p̄bendas. ⁊ hoc cōstat ⁊ redditus sufficiūt p̄ duabus. tūc valet receptio ⁊ assignatio.

Idem si redditus nō sufficiūt. sed tūc age ad integritatem vel de vacantibus v̄ de nō vacantibus si sup̄sunt excrecentes in dubio. si nō cōstat quo aimo recipiūt nō valet receptio de p̄sti. cū. m. v. venio ad scdm. ix. colū. p̄ an.

Canonicus si recipit simpliciter in canonicū nec aliqd̄ dicit̄ de p̄benda vacatura. valet receptio ⁊ debent ei superexcrecentes. q̄bus nō extantibus. debet ei p̄uideri cū se facultas obtulerit. vbi aut̄ recipit in canonicū ⁊ ex interuallo ei p̄mittit̄ vacatura tūc valet receptio. sed nō vacature p̄missio. **I**dem quādo eodez instanti sed sub diuersa verborū p̄ceptōe ⁊ oratiōe quis recipit in canonicū ⁊ p̄mittit̄ sibi vacatura eo animo vt sit statim canonicus ⁊ postea tpe vacature habeat p̄bendā. **U**bi autē eodem instanti sub diuersa oratiōe verborum fit receptio ⁊ p̄missio vacature. effectus tamē vtriusq̄ cōferēt in temp⁹ vacature quia intendunt receptū nō esse canonicū statim sed h̄re solam p̄bendam ⁊ canonicatū ⁊ p̄bendam tēpore vacature. tunc nō valet receptio nec vacature p̄missio attenda vnitate effectus in tpe simultaneo. **I**dem ⁊ fortius vbi fit receptio ⁊ vacature sponso sub eadem oratiōe s̄ effect⁹ conferēt in diuersum tpus. quia recipit vt statim sit canonicus ⁊ habeat p̄bendam solū p̄ximo vacaturam. tunc inno. variat̄ p̄mo dic̄ nō valere receptiōnem nec vacature p̄missionem attenda potius sepatōe effectus q̄ cōiunctiōe verborū. vt no. an. de cōsti. cū. in. v. venio ad tertū. xvj. colū.

Canonicorū ⁊ p̄bendarū numerus si est in ecclesia certus ⁊ determinatus. tunc licet fruct⁹ superexcrecant. sola superexcrecentia nō rumpit̄ numerus p̄bendarū nec etiā canonicorū

est tñ in potentia recipiendi et ex debito rumpi deberet. tamen si canonici non rumpant nec eis mandatur quod aliquem ultra numerum in canonice recipiant non est ruptus numerus. et superexcrecentes redditus debent assignari in utilitatem ecclesie. licet inno. compof. et hosti. dicant quod sola superexcrecentia rumpat numerum prebendarum. ubi autem aliqui canonici sunt ultra numerum recepti et super sunt redditus excrecentes. non tamen est deventum ad creatioem novarum prebendarum. tunc licet sit ruptus numerus canonicorum non tamen numerus prebendarum. sed est in potentia rumpendi antequam assignentur et compelli possint ad assignandum superexcrecentes prebendas. Creatis autem et assignatis istis prebendis. rumpitur numerus canonicorum non tamen prebendarum sed augmentatur. Sed non rumpitur determinatio antiquarum prebendarum. hoc est dicere quod non remanet ruptus numerus sed bene augmentatus. et consequenter ecclesia remanet numerata quo ad prebendas. pluribus autem canonicis ultra numerum receptis si superfluum fructus excrecentes sufficientes pro una prebenda duntaxat. ruptus est numerus canonicorum sed non prebendarum. est tamen in potestate et debito rumpendi pro uno tantum. et fructus excrecentes debent assignari primo recepto. si non apparet quis primo receptus sit debent communiter dividi inter omnes. ubi vero plures ultra numerum sint recepti et voluntate ipsorum creati sint de novo quantum ad prebendam. tunc licet communis opinio videatur velle quod sit ruptus numerus prebendarum. verius est quod non sit ruptus sed augmentatus. Ex his apparet quod facilius rumpitur numerus canonicorum quam prebendarum. quia receptio unius canonici ultra numerum canonicorum rumpit numerum canonicorum. sed non creatio prebende ultra numerum. ut non. an. de preb. cum. m. v. venio ad quartum. xviii. colum. An autem in casibus predictis valeat impetratio in ecclesia non facta mentione de numero. ibi vide. et sub verbo gratia. §. gratia impetrata in ecclesia numerata. secus autem quando ecclesia non est numerata ex consuetudine secus ex statuto. sic non. io. an. de preb. ex parte super verbo consuetudinem.

Canonicus supernumerarius si est in canonicorum receptus et ibi non est consuetudo de installando canonicos. habet vocem in capitulo et omnia iura canonice nisi aliud haberet consuetudo que in hoc servanda est. licet hosti. dicat quod talis consuetudo non valet. ubi vero est consuetudo in ecclesia de installando. tunc ante installationem non habet vocem. post installationem vero habet vocem secundum naturam loci in quo installatur. nam si assignatur ei locus in capitulo intererit electioibus et

aliis que ad capitulum spectant. si assignatus est ei locus in choro. habebit locum in choro legendi et cantandi secundum ordinem suum et omnia alia que ad chorum pertinent et consuetudo in contrarium non valeret secundum hosti. ut non. an. de preb. c. cum. m. ultima carta. §. quero an ibi.

Canonicus supernumerarius debet habere quotidianas distribuciones si receptus est propria auctoritate et voluntate capituli. secus si ex necessitate de mandato superioris receptus sit in prebenda vacante. secus si non sit receptus in prebenda quia nedum aliqua vacavit secundum inno. quod non placet io. cal. qui vult quod eisdem quod quis esset creatus canonicus quod ei debent distribuciones et alia iura canonice. dicunt considerandum esse quantum litera papa mandata recipi. si mandatur ut simpliciter recipiat in canonicum. verum est dictum inno. sed si mandatur quod recipiat in canonicum cum plenitudine iuris canonice. est vera opinio io. cal. ut non. an. de preb. cum. m. ultima colum. Sed Rota dicit quod ex consuetudine approbata curie talis canonicus non debet habere distribuciones predictas. ut ibi non. et vide §. canonicus ratione.

Canonicus cui est collata prebenda non dum tamen habuit possessionem. an habeat vocem in capitulo. et si non voce an valeat electio. compof. dicit quod est vocandus aliter poterit electio cassari propter contemptum. archi. tenet tale non installatum non debere vocari cum non habeat possessionem iuris sibi collati. et eligere est fructus possessionis non proprietatis. an. dicit quod opinio compof. est vera. quia id quod dicitur verum dominum non habere vocem. est verum quando alius est in possessione et bona fide. sed ubi possessio est vacans eius est vox qui habet ius proprietatis. secundum inno. vel dic secundum an. quod opinio archi. est vera. quia ex quo moritur canonicus. possessio iuris eligendi extinguitur et ius eligendi. et quasi possessio restringitur ad alios canonicos. et sic episcopi soli de sunt in possessione contra prebendam. ut non. an. in. c. cum. m. de preb. penul. colum. §. tertius casus.

Appellatus. vide diligenter in verbo gratia. §. gratia pro quem fit quis et c.

Capitulum sunt partes et membra corporis episcopi. et ideo vacante sede vere vel ficte spectat ad capitulum iure communi administratio temporalium et spiritualium. no. Ro. conclus. ccc. et vide sub verbo prebenda. et in verbo universitas. §. universitas vel collegium.

Capituli appellatione non venit prebenda. no. lap. de preb. c. si. li. vj. vide glo. in de. ut hi qui dicitur et quali. super verbo in eisdem.

Capitulum non succedit sede vacante in his que sunt voluntarie iurisdictionis. no. Ro. conclus. cccxxx. et cccxix. Ideo non potest beneficia con-

ferre. potest tamē p̄sentatos instituē. no. glo. de p̄ben. cum nullis. §. cū autē. li. vj. Itē p̄t beneficia deuoluta cōferre. no. io. an. de elec. q̄q̄. li. vj. In quibus autē alijs succedat ⁊ in quibus non. vide plene p̄ petrū mo. in. c. j. de maio. ⁊ obe. li. vj.

Capitulum vacante sede potest electos confirmare. p̄sentatos instituere. ⁊ quem ex causa beneficio puare. ⁊ alia que sunt iurisdicōis necessarie exercere. ⁊ idō potest admittere resignatōem beneficij nō solum spectantis ad collationē sed etiam institutōnem episcopi defuncti. quia resignatio necessario debet fieri i manibus eius ad quem p̄tinet institutio ⁊ destitutio. no. Ro. p̄clu. c. c. lxxij.

Capitulum sede vacante potest resignationem beneficiorū admittere ⁊ ea conferre. ⁊ p̄sequēter potest p̄ mutantibus beneficia auctoritatē p̄stare nisi quādo collatio ad solum episcopū p̄tinet sine capitulo. q̄ tunc capitulū non succedit in potestatem cōferendi. no. fre. in trac. p̄muta. q. xxvj. succedit tamē in potestātē autorizandi p̄mutationes quādo collatio p̄tinet ad alium q̄ ad episcopū. quia talis auctoritas est de iuri sditōne episcopali. vt no. glo. in cle. j. de reruz p̄muta. in qua iurisdicōe capitulū succedit. ⁊ ita vult quedam additio posita in d. q. xxvj. Sed aduerte q̄ glo. in. d. cle. j. tenet q̄ capitulum vacante sede nō potest auctoritatem p̄stare p̄mutationi quādo collatio p̄tinet ad solū episcopū cum capitulū conferre nō potest. sed cōtrariū dicit domi. de sanc. gemy. in additōe p̄dicta. ea ratōne. quia collatō que fit p̄mutantibus fit de necessitate. vt dicitur. in. d. cle. j. ⁊ sic cum sit necessarie iurisdicōis capitulū potest cōferre. vt no. §. p̄rio

Potest tamen huic ratōni responderi q̄ licet post factam ⁊ admissam resignatōem collatio sit necessaria. tamē admittere resignatōem ex causa p̄mutatōnis est volūtarie iurisdicōnis cum p̄mutatio sit p̄hibita nisi ex causa illā superior admittat. vt no. in. c. quesitū. de reruz p̄mutatōe.

Capitulum licet succedat episcopo in potestatem cōferendi beneficia ad collatōnem episcopi iure p̄prio spectantia que episcopus cōferre neglexit. tamē nunq̄ succedit in potestates cōferendi beneficia ad collatōnez episcopi iure deuoluto spectantia. no. Ro. p̄clu. c. c. c. j.

Capitulum licet p̄lato defuncto excommunicato vel suspensio possit beneficia cōferre fm distinctōnem. c. j. ne. se. va. li. vj. ⁊ etiaz iurisdicōnalia exercere. vt in. c. j. de maio. ⁊ obed. e. li. Tamen p̄lato absente licet in remotis nō poterit capitulū p̄dicta ministrare nisi p̄latul esset captus. vt in. c. si episcopus de sup. neg.

p̄la. e. li. ⁊ nisi in casu vbi solum consiliū p̄lati requirendū esset. vt in. d. c. j. in fi. ne. se. va. ⁊ ibi vide la. q̄ tenet cōtrarium.

Capitulum vel collegiū quis debeat cōvocare vide sub v̄bo vniuersitas vel collegiū. §. vniuersitas.

Carcerari nemo potest p̄ debito ciuili. nisi p̄us facta executōne reperiat non soluendo. vt no. bar. §. qui bo. ce. pos. l. j. ⁊ ff. de suspe. tuto. l. tutor. §. tutor. ⁊ nisi d̄bitor sit p̄ illo debito cōdemnatus. vel nisi d̄bitum sit fiscale ⁊ d̄bitor in cōtumacia p̄sistat. vt no. bar. in. l. sacrilegi. §. ff. ad. l. iuli. pecu. vbi plene videas. sed glo. hosti. io. an. ⁊ an. in. c. ij. de pigno. dicunt p̄ debito ciuili p̄ quo cōstat quem posse carcerari nisi bonis cedat. vide sub v̄bo d̄bitor. §. d̄bitor non iuuat. ⁊ vide sub v̄bo fuga.

Carcerari nō potest p̄ debito ciuili aduocatus siue doctor siue licenciatus in legib⁹ aut i p̄b̄lica aut eorū filij. sed nepotes illo p̄uilegio nō gaudent. p̄dicta limita nisi d̄bitum ciuile descendat ex crimine. vel dolus d̄bitoris arguitur. vel nisi cōsuetudo sit in cōtrarium que de cennio p̄scribitur. no. mathe. in. c. odard⁹ de solu. ⁊ de aduocato no. bal. in. l. miles. in p̄i. ff. de re iudicata.

Carcerari nō potest femina p̄ debito ciuili. sicut nec clericus nisi d̄bitum descendat ex crimine vel dolus d̄bitoris arguat. vel nisi in contrariū sit cōsuetudo que decennio p̄scribitur. vt no. mathe. de solut. c. odardus. ⁊ de clerico no. bar. in. l. miles. in p̄n. ff. de re iudi. vide sub v̄bo d̄bitor. §. d̄bitor non iuuat. ⁊ vide quo ad clericum sub v̄bo clericus. §. clericus si p̄ debito. ⁊ quod no. io. an. de sen. excō. si clericus. li. vj. sup. v̄bo excessus i nouel. ⁊ e. ti. c. vt fame. sup. v̄bo ⁊ quorū.

Carcerari an potest d̄bitor postq̄ bonis cessit vide sub verbo d̄bitor. §. d̄bitor non iuuat. **C**arcerari potest scriptor ⁊ p̄cise compelli vt quod p̄misit scribere scribat. quādo p̄sone industria est electa. quod in dubio p̄sumitur. no. an. in. c. ij. de pigno.

Carcerari potest quis vigore statuti etiā in causa quo de iure cōmuni non posset. licet dy. dicat q̄ tale statutū non valet. no. bar. ff. de cōdi. ⁊ demō. l. ticio centū. §. ticio centū relicta. **C**arcerare an possit iudex ecclesiasticus ⁊ p̄latus clericū sibi subiectuz. vide de offi. ordina. cum episcopus. li. vj. ⁊ de sen. excō. si clericus e. li. ⁊ e. ti. vt fame. ⁊ quod ibi no. io. an. in. d. c. si clericos. in nouel. ⁊ vide lap. alle. xxij.

Cardinali ⁊ legato creditur de his que coram eo agunt. no. inno. de accu. c. u. j.

dilectus. et vide per eundem de offi. dele. cum iure in glo. j. **A**rchi. idem dicit. viij. q. iij. c. talia. et lxxvij. di. nobilissimus in addi. potest dici. de gestis autem coram alio non creditur ei si tangunt preiudicium tertij. secus si nulli sit preiudicium ut notat archidiaconus in di. capi. nobilissimus in additi. dicas quod ut no. gl. d. senten. exco. c. sicut. **F**o. an. dicit quod solo verbo cardinalis legati creditur de legato in his que non requirunt speciale commissionem. in alijs secus. ut ipse no. **F**m hosti. in. c. j. de offi. dele. li. vj. in nouel. super glo. tria genera. et ibi ponit rationem differentie. sed contrarium no. io. an. **F**m eundem hosti. in. c. ad eminentiam. de sen. excom. ubi dicit credendum cardinali etiam in requiruntibus specialem commissionem. **A**libi dicit io. an. **F**m eundem hosti quod creditur cardinali **F**m consuetudine curie. secus de rigore ut ipse no. de ap. constitutis. ij. sup. verbo cardinalis. spe. dicit quod indistincte cardinali creditur etiam in requiruntibus specialem commissionem. **C**onstitutum tamen quod in actu per eum gesto is cuius geritur inferi faciat tenorem sue potestatis in ti. delegato. **S**upest. **N**. quid si delegati iuris dictione. sed in ti. de testi. **S**. j. **N**. quid si advocatus. dicit quod de rigore non creditur ei. **A**n. **D**butrio dicit quod legatus de latere potest officium legationis sine litteris exercere. et super hoc quod sit legatus potest litteras testimoniales dare ut ipse no. de testi. in inte. cum ex litteris. **N**. q. ro factum. **A**libi dicit idem an. quod cardinali non creditur de gestis a papa in quantum tangunt preiudicium tertij. **S**i autem asserit aliquid sibi commissum a papa vive vocis oraculo. et hoc littera attestatur non simplici verbo. tunc creditur ei ut alteri scribenti. **E**t concludit quod cardinali creditur in his que attestatur scripto et que sunt levis preiudicij licet eius sigillum sit ignotum. dum tamen cesset surreptio et quod attestatur sit verisimile. si vero sigillum sit cognitum et attestatur verbo de potestate sua creditur ei quo ad omnia que transfunduntur in potestate de iure communi dummodo sit notus. sed non creditur quo ad illa que non transfunduntur sine speciali commissione. si autem attestatur de gestis coram se non creditur ei de rigore iuris. sed de consuetudine curie secus. et quod dicitur de rigore non creditur. intellige indistincte quando attestatur verbo. sed si scripto. creditur ei putatur creditur litteris simpliciter placati et non aliter nisi quod pigui est eius testimonium vel propter eius dignitatem ita no. an. in. c. quod sup. his. de fide instru.

Cardinales an vacante sede succedant in iurisdictione pape. vide glo. de scisma. c. j. li. vj.

Cardinales an habeant ius episcopale in suis ecclesijs. vide per. mo. j. c. j. de maio. et obe. li. vj

super glo. j. et per alios in clem. ne romani. de electi.

Cardinales non includuntur super generali excommunicatione quorumcumque. nisi de eis fiat mentio specialis licet episcopi includantur **F**m **A**nno. licet per. more contra in. c. j. de scisma. li. vj. per io. mo. facit quod no. io. an. de sen. excom. quia piculosum. li. vj. in glo. ij. in nouel.

Cardinalis dignitas hodie maior est qualibet alia dignitate. quia ipsi simul omnes cum papa iudicant et non possunt ab alio quam a papa et suis collegis iudicari. ut no. io. an. de pben. c. dilectus. j. in pnci. imo nec potest papa aliquid arduum facere sine eis. **F**m io mo. in. c. sup. eo de here. li. vj. licet io. an. ibi in nouel. de h. dubitet. **H**osti. dicit quod parum aut nichil potest papa sine consilio cardinalium facere. ut recitat io. an. in. c. antiqua de privilegio. **E**x hoc sequitur quia ubi fit mentio de dignitate non continetur dignitas cardinalatus. quia nec dignitas episcopalis continetur nisi de ea expressa mentio fiat. ut no. io. an. de concess. pben. c. dilectus. ratio est quia dignitas episcopalis non est dignitas sed culmen dignitatis. ut no. glo. in. c. j. de privilegio. li. vj. ergo multo fortius in dignitate cardinalatus. quia maior est episcopali et qualibet alia. **E**t est advertendum quod cum sit necesse de tali dignitate expressam et specialem facere mentionem. verba generalia vel etiam specialia puta quecumque sit dignitas non sufficerent. per ea que no. io. an. in. c. quia piculosus. de senten. exco. li. vj. in nouel. et etiam videtur quod non sufficerent verba generalia licet adderet clausula etiam si de dignitate esset fienda mentio specialis. per ea que no. cy. in. l. j. **E**t quando imper. inter pu. et vi. vide sub verbo dignitas. **S**. dignitas appellatio.

Cardinales an faciunt collegium. dic quod sic. ut no. ioh. an. de iudi. c. ad liberandum. in glo. non contra.

Cardinales presbyteri et diaconi non tenentur iurare obedientiam pape. sed cardinales episcopi sic. et rationem differentie ponit io. an. in. c. antiqua. de privilegijs.

Cassatur quod nullum est. sed intellige quod cassatur de facto quatenus de facto processit. et proprie dicitur cassari quod de iure non valet. ut lite non contestens. et ibi no. glo. sup. verbo cassamus. et in. c. per venerabile. sup. verbo. non servat. qui filij sunt legitimi.

Connullatio quid sit. vide in. l. ea est natura. ff. de re. iuris.

Causa cessante cessare debet et effectus. per an. in. c. post translationem. de renun. viij. colum. **N**. oppono. et de ap. c. cum cessante. et vi.

de sub verbo ciuilib. per totuz. spūalis. p totū vide etiā plene p bar. in l. ij. §. ticio. ff. d. dōa. **C**ausa que dicat finalis vel impulsua. et an in dubio psumat finalis vel impulsua. vide an. de renū. c. post translationez. ix. colum. v. sed quero.

Causa quādo dicat pendēs vel cepta. vide s̄b verbo. lis. in p̄nci.

Causa limitata limitatum pducit effectū. ff. de itin. actuz. p̄ua. l. j. §. si quis hoc. vide sub v̄bo. limita.

Causa que dicat magna siue grauis. et que parua siue leuis. vide bar. in l. admonendi. de iur. iur. colū. antep̄nt. in fine.

Quesimus. quid operet̄ hoc verbum in l. positum. an inducat nouam dispositionem vel declarat antiquā. vide glo. in clemen. j. de cōces. p̄ben.

Quesus prestatio quādoq; arguit subiectōez quādoq; exemptionem quando q̄ ē signū prestatiōis. no. an. de cau. possessionis. c. si. ij. colū. v. venio ad quedam p̄x. colū. v. nunc autē restat.

Quesio actōis an requirat q̄ actōi denunciet̄ vt impediatur soluere cedenti et qualiter singulariter limitetur. dicit l. ij. c. de noua. vide bal. c. quādo puo. non est nece. l. j. vlti. colū. et bartho. in l. facta. §. si heres. ff. ad trebel.

Cessionario nocet sententia lata contra cedentem et transactio facta cum eodem quādo an cessionem erat lis contestata contra debitorē. no. bar. ff. ad trebel. l. facta. §. si heres. sec⁹ si ante cessionem nō erat lis contest. no. bal. c. q̄ puo. non est ne. l. j. vlti. colū.

Cessione facta vtrum pactum vel transactio p debitorē cum cedente noceat cessionario. dic q̄ si cessio ad cōmodum cessionarij facta fuit et debitor sciuit cessionem. qualitercunq; sciuerit non p̄iudicat. secus si ignorauit. vbi autē cessio fit ad cōmodū cedētis. tunc p̄iudicat. nisi interueniat alterum de tribus positū. in l. ij. c. de noua. vt no. bar. in l. si cum emptore ff. de pac. et ff. ad trebel. l. facta. §. si heres. et cy. in l. ij. in fi. denouatio.

Cedi potest actio iudicati et officium iudicis p executionē sententie. ff. famili. hircul. l. si heres. §. vel inductio vel iudicio.

Cedi potest actio iniuriarū no. bar. ff. de iniur. l. iniuriarū. in fi.

Cedi pōt ius vsufructus. no. bar. ff. ad trebel. l. qui ita. in p̄n.

Cedi non potest ius petendi restitutōez ex fidei cōmisso. no. bar. ff. de v̄bo. ob. l. si stipulatus fuerim. in p̄n. et ad trebel. l. qui ita. in p̄n. et l. restituta. in p̄n. et est tex. in l. si mulier. §. ex af

el. ff. de iure dō. vide p bal. in l. ij. c. de pacti. et p̄missa videtur q̄ ne heres potest cedere ius adeundi hereditatem.

Cedi an possit quod nō est transmissibile ad heredes. vide bar. de iniur. l. iniuriarū. ij. et de verbo. obli. l. si stipulatus fuerim. in p̄n. et ff. de adminif. tu. l. ex pluribus. et d̄ lega. j. l. si sit. §. si. als est lex. si quis ita et c.

Cedi potest realis actio id ē rei vindicatio etiā p non possidentem. et dubitat̄ an p talem possessionem transferat̄ dominiū. an aut cessionarius potest agere rei vindicatōne ex iure sibi cesso. dic s̄m io. an. q̄ sic contra possidentem sed contra non possidentem distinguit. aut ceditur actio competens. et nihil agitur. aut cōpetitura. et tunc valet. et intentabit̄ quādo ille alius ceperit possidere. no. Ro. cōclu. clxxiij. et vide omnino tex. et glo. in l. fi. c. de here. v̄l actio. vendi. et glo. ij. in l. plane. ff. fami. hirc. et quod no. cy. in l. j. c. de alie. mut. iu. causa fac. et vide sub v̄bo libellus. §. libellus in rei vindicatōe.

Cessionario non obstat exceptio banni vel ex cōmunicatiōis que obstatat cedenti. vide s̄b v̄bo. exceptio. §. exceptio banni.

Cedens bonis an libere et an carcerari possit. et an alimēta deducere possit. vide sub verbo debitor. in p̄n. §. j. et ij.

Cessio actōis p̄sumitur simulata quādo fit p quantitate pecunie vel re alia quā cedens p̄tetur se recepisse. et non apparet de reali traditiōne. quo casu licet confessio noceat confitenti tamē non nocet tertio cōtra quem agitur ex cessione. no. bar. qui dicit se pluries consuluit se in l. p̄ diuersas. c. mandati. quod est verū s̄m p̄nico. de mataf. et bal. quādo p̄cium fuit minus iustum. als secus. vt no. per eos. in d. l. p̄ diuersas. fatetur tamen q̄ si p̄cium fuit p parte donatū. tunc in p̄iudiciū tertij nō valet nec p parte donata nec p parte confessata. si non apparet de solutione aliter q̄ p cōfessōez vt ip̄e no. in l. ij. c. nelite pen.

Cessio p̄sumitur simulata si est facta p miori p̄cio q̄ res valeat. vnde non valet nisi p p̄cio quod est datum. et idem quādo p parte donatur et p parte venditur. quia nec tunc valet p parte donata sed duntaxat p parte vendita quia p̄cium datum est. sed si in totū fiat cessio ex causa donatiōis valet nisi fiat potentiori. vt no. inno. et io. an. et an. in c. ex parte. d̄ alie. mu. iudi. cau. fac. et idē tenet bar. et bal. in d. l. p̄ diuersas.

Querum. hec dictio est cōiunctio copulatiua orationū nō dictionū. quāq; tamē ponit̄ aduersatiue. no. an. de cōha. de. v̄stra. ij. colū. in p̄n.

Citatio p̄ma debz fieri de p̄sona p̄ncipali. nō de eius p̄curatore. iō si p̄curator licet citatus nō cōpareat. nō pōt cōtra dñm p̄cedi in vim citatōis ad ea que sunt magni & pleni p̄iudicij. sed ad ea que sunt levis p̄iudicij. nec ad p̄muz decretū p̄cedi potest. no. bar. in. l. q̄uis. de dam. infect. & idem no. an. de do. & p̄tu. causam. & vide. f. citari non oportet p̄ncipalem.

Citatio p̄ma p̄sonaliter debet fieri nō ad domū si citatus potest repiri. quādo autē dicatur nō posse repiri. vide an. in. d. c. causam. & bar. in. l. iij. §. p̄tor. de dam. infec. Hosti. dicit q̄ non dicit repiri q̄n est extra p̄uinciam. inno. dicit q̄n est extra ciuitatē. & hoc tenet nisi causa celeritatem desideret. qz tunc sufficit q̄ sit absēs a iudicio vt possit citari ad domū. & p̄dicta refert. an. in. d. c. causam.

Citatio ad domū ad sententiā audiendā valet si citatus semel in causa fuit p̄sonaliter apprehensus. vel si semel comparuit & in iudicio sistere p̄misit. no. Ro. p̄clu. xlvi.

Citatio ad domū non valet q̄tuz ad testes recipiendos. vide Ro. p̄clu. xlvi. & in cle. j. super v̄bo p̄sonalif. d. iudi. & plene disputat io. an. in regula p̄sumif. de mercuri. & q̄n valet citatio ad domū & q̄n non. vide an. in. c. causaz. de do. & p̄tu. & in. c. fi. de eo qui mit. in possess. & bar. in. l. iij. §. p̄tor. de dam. infect. & quando citatio fit ad domū. dz intelligi de domo i qua habitat ip̄e tpe citatōnis licet alibi maiori tpe anni habitauit. no. an. in. d. c. causam.

Citare sufficit clericū in loco b̄nificij in quo residere tenet & in ecclā cathedrali licet p̄sonalif non comprehendat. qz ecclā cathedralis succedit loco domicilij. no. Ro. p̄clu. lxxix. **A**libi dicit q̄ quādo cōmittitur citatio in partib⁹ nisi fiat diligentia p̄ inquirendo p̄sonam citandam in loco domicilij. licet fiat citatio in loco beneficij de quo agit & etiā in ecclā cathedrali non sufficit. etiam si aliquis asserens se p̄curatorem citandi dicat citandū fore absentē & petat vt recipiat copiam citatōis. nisi de suo mandato legitime constet. no. Ro. conclu. ccxxiiij.

Citatio p̄dictum est exorbitans a iure cōi. iō stricte dz intelligi in suis terminis & formis a iure p̄missis. no. Ro. cōclu. ccclij.

Citatus p̄ edictū habet perinde ac si citatus esset p̄sonaliter. si tñ non cōparet nō dicit verus contumax sed fict⁹. no. Ro. p̄clu. ccclix. **P**redicta tñ intellige quo ad p̄cessum cause. sed q̄ ad excōmunicatōz nō sufficit citatio p̄ edictū nisi fiat p̄ audientia cōtradictarū. no. Ro. cōclu. ccclij.

Citatio q̄n cōmittit fieri p̄ edictū in romana cu

ria & extra. q̄q̄ ip̄a citatio legalē in audientia cōtradictarū & affigat in valuis palatij et ecclesie maioris vbi est curia. nō sufficit s; oportet q̄ etiā legalē & publice in locis circūvicis in p̄ribus in q̄bus mandat citari & affigat valuis illozū locozū. nec sufficit in vno tñ ip̄ozū locozū fieri. nec etiā sufficit affixio copie. sed oportet q̄ affigat ip̄a l̄ra original citatōis que debet stare affixa p̄ aliquas horas. no. Rotā conclu. ccxix.

Citatio p̄ edictū in curia dz fieri in valuis ecclesie maioris die feriata cū tñ nō teneat audientia contradictarū que dieb⁹ feriatas nō tenetur. & tunc succedat ecclā loco audientie predictę. no. Ro. conclu. ccclij.

Citatus ad videndū admitti articulos probandos in curia & extra. dz etiā citari in partib⁹ vbi fit remissio quādo testes ibi p̄ducūt & iurant. & si pars citāda ibi n̄ est nec habeat domiciliū citabit p̄ edictum & req̄renē p̄curatores & aic. no. Ro. conclu. x.

Citatus ad videndū decerni remissionē ad partes p̄ iuribus extrahēdis & in publicā formā dandis. dz nihilomin⁹ citari in partib⁹ q̄n iura extrahēt & publicabūt. no. Ro. p̄clu. x.

Citatio p̄ audientia contradictarū fit p̄tra absentem. facta p̄s fide de absentia. no. Ro. cōclu. cxxv.

Citat⁹ specialif ad vnū actū & generalif ad reliquos act⁹ vsq; ad sniam inclusiue. pōt contra eum sine alia citatōe p̄cedi vsq; ad sententiā. qd est verum q̄n iudiciuz est in loco remoto a dyocesi citati. secus si iudiciuz ageret in citati domicilio. **I**tem sec⁹ q̄n agit in loco remoto. & citatus cōparuit se p̄ se vel p̄ p̄curatorem. qz tunc ad reliq; actus citari dz ex quo p̄sens est ip̄e vel p̄curator. vt no. io. an. in addi. spe. in ti. de cita. §. viso. & itē licet. & addit an. fm fre. de sentis q̄ etiā si nō cōparuit ip̄m non ardat dicta citatio general. nisi ad p̄mū actū qui imminet post litis p̄testationē. vt no. an. d. of fi. dele. cōsulu. in fi. vide. f. §. primo.

Citatus ad certū terminum vel certum actū et generalif ad p̄cedendum in causa vsq; ad sententiā inclusiue. si non comparet potest cōtra eū vt cōtumacem p̄cedi p̄ audientiam p̄tradictarū. no. Ro. cōclu. cccxxxviiij.

Citatio tamē que tunc fit p̄ audientia contradictarum est magis ex vrb̄anitate q̄ ex necessitate quādo ex speciali cōmissione citat⁹ q̄s ad totam causam. no. Ro. conclu. xc. **E**t dicta citatio p̄ audientia cōtradictarū habet locū etiā si actor in termino p̄me citatōnis nō comparuit. licet etiā neutro comparēte fuit circūductum edictū quo ad actum in illo p̄mo termino fiendum. tamen postea potest de nouo

ad illum actū et ad alios pcedi p audientiam actore postea cōparente. no. Ro. conclu. ccc. xxxviiij. quod pcedit tam in citatōne iuris q̄ hoīs. vt no. Ro. ꝑclu. cxxviiij. vide. s. s. p̄.

Citatus in causa beneficiāli si non cōparet potest contra ip̄m absentem pcedi p audientiam contradictariū vsq; ad sententiā inclusiue. qđ intellige ex iure competenti actori temp̄e ob/ tente cōmissionis. sed si vellet vti nouo iure q̄ sito post litem motam vt quia lite pendēte impetrauit gratiaz in forma si neutri. tūc oportet q; aduersario dicta gratia intimetur. secus si pcuratorem misit. tamen ille habebit inducias ad dñm cōsulendū siue de nouo citef p audientia. no. Ro. conclu. cccviiij.

Citatus ad curiam legitime si nō comparet potest contra eum absentem impetrari cōmissio q; contra ip̄m pcedatur p audientia sola facti veritate inspecta et terminis non seruatis. nec est necesse q; sibi dicta cōmissio intimetur. no. Ro. conclu. iij.

Citatio noua an requiraf aliter q̄ p audientiaz quando appellans vel appellatus vult procedere in negotio pncipali post desertionem appellatōis a grauamine. vide sub verbo appellatio. s. appellatio extrajudicialis a gūamie.

Citari non potest p audientiam ad causaz desertionis pncipaliter commissam ille q; ad sedem apostolicam appellauit. et causam appellatōis committi non fecit. no. Ro. conclu. cccv. Et si contra eum absentem p audientia pcedatur. processus non valet. no. Ro. ꝑclu. cccvj.

Citatio p audientiam potest fieri ad instantia actoris contra omnes quorū interest mortuo reo et possessore. no. Ro. conclu. cxi. Et ad instantiam rei vt absoluatur ab obseruatione iudicij actore contumace ad litem contestatam. no. Ro. cōclu. lxxvj.

Feriatas dieb? ob necessitatē hoiuz itroductis p̄cedi p̄t in causa vniuersitat. q p̄ sindicū liti/gat. 7 sic tota vniūsitatis nō occupat fm guil. na. S3 Inno. tenet h̄riū. qd veri? videt vt nō ant. in. d. c. fina. de iudi. vlti. oppo.

Feriatas dieb? ob necessitatē hoiuz p̄cedi pōt in causis publicis. 7 dicif causa publica quā-

do agit de regimine publico vt castri. 7 etiam i causis ecclesiarū: etiā quādo ecclia agit p̄tra laicuz s3 hoc de ecclia non seruet de facto fm Hosti. S3 nec de iure fm Inno. ē verum. vt nō. ant. de iudi. c. fi. vlti. oppo.

Feriatas diebus hoiuz causa inductis p̄t dari tutor 7 curator. sec? i inductis ad honozē dei. nō. ant. de iudi. c. fina. ad fi. 7 p̄sequēter i eis/ dem ferijs p̄t p̄ eū iuctariū p̄fici 7 administra tio sibi decerni. nō. Bal. C. de ferijs. l. actus.

Feriatas dieb? etiā ad honozē dei inductis pōt q̄s capi vt ducat ad iudicē quādo iminet periculū fuge. nō. ant. de iudi. c. fina. ad fi. 7 bar. in. l. ait p̄tor. §. si debitorē. ff. d. bis que i frau. cre. 7 hoc vez etiā i ciuili: nisi debitoris cōdi tio mutata nō eēt. qz tūc nullo tpe capi p̄t. vt nōt Bar. C. de ferijs. l. finali.

Feriatas dieb? p̄t fieri executio snie qñ sunt ferie hoiuz causa inducte. nō. Bar. in. l. j. §. nūciatō. ff. de no. ope. nūci. 7 l. oēs. C. de ferijs. 7 Bal. in. l. fi. C. de ferijs. **I**dē in repētinis. nō. arch. ij. q. j. **S**icut idē i inductis ad honozē dei fm Fre. de senis consilio suo. cxliij. 7 idez dicit Jo. an. in. c. fi. de iudi. sup vlti. glo. **C**ōtrariū i h̄ dicit Bar. in. l. oēs. C. de ferijs. 7 Bal. in. l. fi. e. ti. 7 ibi est casus nisi eēt executio p̄tra publicos latrones. qz illa fieri potest etiā in ferijs ad honozē dei inductis vt notat Bal. i. l. puinciaz. C. e. ti. 7 ibi casus. dic plenius fm Jo. an. i addi. spe. in ti. de li. p̄tes. §. nūc dicendū. x. xxv. q. vbi res est tpe peritura pōt in ferijs etiā ad honozē dei inductis executio fieri. sed si non est tpe peritura: tūc p̄ceptum de exequēdo non pōt fieri in ferijs. ipa tamē executio i ciuilibus p̄t fieri in ferijs causa hominū inductis 7 repētinis: nō in ferijs i honozē dei nisi res sit tempore peritura: vel i mineat periculū animaz: in criminalib? autez possit fieri executio i ferijs repētinis causa hominū inductis non in ferijs in honozē dei nisi contra publicos latrones 7 nocturnos depopulatores agrozū: 7 idez notat antho. in. d. c. fina. d. iudi.

Feriatas dieb? nō p̄t interponi decretū i alienatione rei minor. nō. Bal. C. d. ferijs. l. act?

Feriatas diebus etiam in honozē dei pōt apel latio interponi: 7 in fatalib? appellatiōis oēs ferie cōputātur s3 in illis nō potest appellatio exerceri: si tamē i fine fatalis occurrerēt ferie repētine: debet p̄s restitui: secus si occurrerēt infra fatalia. nō. Bal. C. d. ferijs. l. j.

Feriatas diebus alijs q̄ in honozē dei: potest citatio p̄ iudicem decerni 7 nūcio cōmitti: nūci? similē p̄t illā erequi dūtaxat i alijs ferijs q̄ in honozē dei inductis fm Oldra. vt nō Bar. in. l. j. §. nūciatio. d. no. ope. nūci. l3 Cy.

et Bal. dicat aliter. **L.** de ferijs. l. fi. vbi dicit Bal. q ex p̄suetudine p̄dicta fiunt etiā in die dominica. et idē dicit in relatione nūcij q die feriata fieri possit etiā in camera. fm **Ja. butri.** l. ipe tuti? putet q fiat in die iuridica. nisi causa sit talis i q tpe feriato p̄cedi possit.

Feudū potest pater dare i dotem p filia sua. et durat vsq; ad vitā feudatarij tm̄. **Quid autē d re emphiteotica.** vi. **Ro.** p̄du. ciij. et vide s̄. vbo appellatio. et j. vbo iudex. et in verbo vasallus.

Feudozū cōsuetudines an debent p iure scripto fuari: ita q faciāt ius cōmune. vide **Jo.** an. in. c. ij. de feu.

Feudū nō p̄dit p alienationē vasalli: nisi dñs velit q p̄dat. notat matthe? in. c. ij. de feu.

Feudū dari cōsuetum masculis nō potest p̄latus concedere feminis. nō. **Bar. in auf.** q̄bul cunq;. **L.** de sacrosanc. eccle. **Idē nō.** **Frā.** et mathe. in. c. ex pte. de feu.

Feudum reuersum et deuolutū ad ecclesiam. si p̄latus aliū de illo nō infeudat infra annū efficitur de mēsa. ideo nō potest postea infeudare sine solēnitate que in alienatiōe req̄rit. nō. **archi.** xxxv. q. viij. c. j. quod p̄cedit si p̄latus illo anno fructus de feudo p̄ceperit. nō. **Frā.** de feu. ex parte. **Bar.** dicit q efficitur d mēsa eo ip̄o q per habētē potestātē et autoritatēz p̄lati scriptum est in libro aliaz possessionum de mensa: quādo p̄latus declarauit de mensa factum. vt ip̄e nō. in. l. vacātia. **L.** de bo. va. li. x. vide **Inn.** q̄ aliter loq̄t in. c. vt sup. d re. eccle. nō alienā.

Feudi q̄stio iter vasalluz et dñm si est feudaliz vñ anexa feudali et h̄ p̄stat. vt qz agif sup iure feudi et p̄ditione ex legib? feudoz. vel agitur ex tributo vel fidelitate tributa et debita: vel ad reddendū debitū et tributū. vel agif rei v̄dicatione. vel iterdicto vel alia actione dñi tñ intentat de iure feudi: decidif p pares curie. idē si agif de iniurijs in feudo vel de feudo v̄l ratiōe feudi cōmissis in dñm. idem si agif ad penā p̄uatiōis feudi. si v̄o cā nō ē feudalis et hoc p̄stat vt qz agif p̄sonali aut pignozaticia vel depositi: tūc agendū est coram ordinario. **Idem** si agif de alijs iniurijs factis etiāz i rebus feudilib?: dñ tamē nō tangāt naturā feudi vel fidelitatē. **Idem** si agif iterdicto vnde vi vel alio possessozio iterdicto: dum tñ nō intentef iure feudi vel nō agat p h̄ in admissiōnem feudi. **Idē** si agatur p iniurijs p̄sonalib? nō tangentib? feudi naturā. vbi vero dubitatur an causa sit feudalis vel non: debet p̄pus hoc dubiū terminari fm **Inno.** et cognoscef h̄ per pares curie et sūmarie: dum tamē agat actione per quā ius feudi poterit in iudicium

deduci. nō. ant. de iudici. ceterū. v. venio ad glosam.

Feudi q̄stio vt deuoluat iurisdictionē ad dñm feudi vel ad pares curie i casibus suis: oportz q in libello talia narrent ex quib? pateat q̄stionem esse feudale. nō. **anth.** de iudi. ceterz. v. venio ad glo. vel saltē qz efficiat dubiū an sit feudalis vel nō. vt nō. ant. e. v. circa fi.

Feudi q̄stio inter vasallos cognoscef et deciditur p dominū feudi fm **Hosti.** et nō. **anth.** d iudi. ceteruz. v. quero an si ordinarius. et nō. etiā. e. c. in fi. **Et** p̄dicta locū habēt etiā si ordinarius p̄cedat sciente dño feudi et non cōtra dicēte: lz **anth.** de s̄ima. in hoc vltimo cōtrariū dixerit. vt nō. ant. e. c. penul. v. qd si dñs

Feudi q̄stio inter vasallū et vasalluz cognoscef p dominū quādo certū est qz questio tāgit naturā feudi vt qz vnus dicit se i feudo debere succedere alter negat. vel dicit se habere ius i re feudali quā alter tenet. qd ius dicit sibi cōstitutū de cōsensu tam dñi qz vasalli. vel agit rei vendicatione expressa causa. qz res est feudalis. et dicit se feudatariū alter negat. naz qz quilibet eozū fatetur dominū feudi esse dominū qz ip̄e domin? iudex est. **Item** si simplicif agitur rei v̄dicatione: nō expressa causa lz si certum est qz questio siue causa expressa nō tāgit naturā feudi: vt quādo actor deducit dominū vtile vel directū ex alia causa qz feudi vt qz dicit se p̄scripsisse vel emisse a vero dño tunc si poterit domin? cognoscere qz iudicare nō potest nisi sup causa specialiter deducta et illa nō tangit iurisdictionē suam. et ideo quādo agitur coram ordinario: nisi domin? feudi habeat als p̄ter naturam feudi ordinariāz iurisdictionē in vasallos: qz tūc cognosceret nō ratione feudi lz vniuersalis iurisdictionis. **Si** vero dubiū est an causa deducta tangat naturam feudi vel nō. qd possit esse dupliciter. vel quia causa agendi ē generalis q̄ p̄t cōcludere et nō p̄cludē causam feudalem: vt quia agēs rei v̄dicationē nō expressa causa videat omne dominū directū et vtile in iudiciuz deduxisse et tūc cognoscef domin? feudi. **Aduerte** tamē qz si reus in p̄ncipio opponat cōtra iurisdictionem repellitur actor nisi in additione ad libellum vel in alia postea exprimat causam vel q̄litatez imprimētē iurisdictionē in dominū feudi. potest sc̄do esse dubiū qz lz specificē agatur ex causa feudali negatur causam esse feudale et tūc si negatur dominū feudi: p̄cedit dominus et sūmarie cognoscef. **An** questio tangat naturā feudi. sed si negatur dominū fore dominū feudi: tunc domin? nō cognoscef: qz nemo iudex in p̄pria causa. de hoc ergo cognoscef ordinarius. coram quo si excipiat qz dñs

feudi sit dominus: poterit coram eo pbari sū marie p excipientē: quia pbatione pendente debet ordinarius in pncipali supsedere: quia quādo est p iudicialis ⁊ ea pbata remittetur cognitio ad dñm feudi sū Inno. vt nō. ant. de iudi. cetez. ⁊. venio ad scdm.

Feudi questio tāgens vasallū clericū an possit cognosci ⁊ decidi p dñm laicū. vide sūbo iudex iurisdictionē habens.

Feudi questio quādo est inter vasallos a scdo domino inuestitos: an terminari debeat p ipsum scdm dominū a quo imediate habuit feudum an per p̄mūz dominū superiorem a quo scds dominus fuit inuestitus. dic sū Inno. q̄ si scds dominus cessit soluz certam feudi p̄te debet sub eo fieri id quod dictum est fieri cuz p̄mo feudatario seu vasallo: secus si totum in feudauit: qz tūc sub p̄mo dño fieri debet. nō. ant. de iudi. cetez. ⁊. q̄ro qd si feudatari⁹. penul. colū. ⁊ nō. e. c. circa fi.

Feudi questio adeo debet per dominuz feudi decidi in casibus p̄missis q̄ nō potest iurisdictione illius cause feudalis in aliū progari. S3 iurisdictione que competit parib⁹ curie in causa feudi inter dominū ⁊ vasallū: bene potest in aliū progari volente domino ⁊ vasallo: qz tūc nulli fit p̄iudiciū. nō. ant. de iudi. cetez. ⁊. quero an in casib⁹.

Feudi questio an inter vasallū ⁊ tertiu qui nō est vasallus cognoscitur p ordinariuz. quia h casus non est a legibus feudozū determinat⁹: ⁊ sic remanet sub regula vt actor forz rei seq̄ nō. ant. de iudi. cetez. ⁊. venio ad tertiu.

Feudi questio quādo est inter pares curie termināda: debēt eligi conuasalli habētes similia feuda ab eodem domino. ⁊ ideo sup feudo comitū debēt vocari aliū vasalli comites. sup per alijs feudis inferiorib⁹ debent vocari aliū vasalli habētes similia feuda: ⁊ illi dicūt pares. nō. ant. de iudi. cetez. ⁊. q̄ro qui dicantur penul. colū.

Feudi questio quādo est termināda per pares nō eligentur nec vocabūtur omnes. sed vnuz ex eis eliget dominus: vasallus aliū sū glo. decreti. Quidam tamē dicunt q̄ ipi pares ex se eligent tñ duos. vel quot voluerint. qz habent iurisdictionē a lege eo ipso q̄ sunt vasalli sed als non haberēt iurisdictionem. ideo possunt dare q̄bus volunt. ⁊ illi electi ab eis partim ordinaria p̄m delegata iurisdictione vt̄tur. sed glo. feudozū dicit q̄ eligent pares in cōcordia domini ⁊ vasalli. etsi discordant eligētur in numero pari. ⁊ p̄mo eliget dominus. scdo vasallus. ⁊ p̄dicta pcedunt nedū in feudo laici: s3 etiā ecclesie. nō. ant. de iudi. cetez. ⁊. q̄ro q̄ pares. penul. colū.

Feudi questio quādo deuoluif ad pares: si dominus non habet pares. eligētur arbitri ad similitudinē iudicis suspecti sū Inno. S3 gl. feudozū dicit q̄ reuertit ad ordinariuz. quia cū iurisdictione detur eis p̄ter ius: cessante modo per quē lex dat iurisdictionē. reuoluif iurisdictione ad alieū antiquū. qd pcedit nedū i feudo laici: s3 etiā ⁊ clerici. nō. antho. de iudi. cetez. ⁊. q̄ pares. penul. colū.

Feudi questio quādo est ad dominū deuoluta si negligit cognoscere: potest adiri p̄ximus superior ordinarius q̄ cognoscet. nō. anth. de iudi. cetez. ⁊. qz si dñs. penul. colū. idem si non possit iurisdictionem exercere p̄pter p̄ruuā vasalloz. vt nō. idē ant. e. c. i p̄n. ⁊. nō. qd.

Feudi questio si deuoluif ad dominuz vel ad pares curie: debēt in pcedendo seruare ordinem iudicioz ⁊ sunt iudices ordinarij. nota. ant. de iudi. cetez. in fi.

Feudi questio quādo est de iurisdictione domini feudi: potest illam exercere etiam i psonaz ecclesiasticā. nec tūc ordinari⁹ clerici potest se de illa introumittere. quod est notabile. vt nō. antho. de iudi. cetez. in p̄n. ⁊. nota quod vbi tribuif. Aduerte tamen q̄ si domin⁹ feudi sit laicus: nō potest cognoscere in clericuz. nota anth. e. ti. at si clerici. in p̄nci. ⁊. opono. cum glo. Quod est verum si agatur criminalit̄ de crimine occasione feudi: secus si sit causa mere ciuilibis tangēs naturā feudi: quia de illa domin⁹ laicus cognoscit etiam iu clericū sū Inno. cōmune opinionionez. vt nō. antho. de fo. cōpe. c. verū. ad finē. p̄me colū. ⁊. vij. colū.

Feudi questio existēs inter vasallos: potest p dominū feudi alteri delegari. ⁊ lz in delegatione dicat saluo iure ipius domini: nō poterit p hoc delegatus aliqd domio abiudicare. nota Ro. p̄du. cxciij.

Feudum an transeat ad legitimos vel etiaz ad legitimos ex legitimatis natos. vide sub sūbo fili⁹. s. filius legitimatus.

Fictio trahens se retro lz comprehendat in se voluntarie gesta medio tēpore: tñ non cōprehendit illa que d̄ necessitate gesta sunt. nō. Bar. in. l. j. in p̄nci. ff. de his q̄ nō. infra. ⁊ vide sub sūbo sba. s. sba denotātia. ⁊. s. sequenti.

Fictio simplex nō operat tantū quātū operat fictio p̄iudicia p̄uilegio. vt ibi nota. s. sub verbo statutū. s. statutū non extendit.

Fictio si ad eūdem finē cum veritate cōcurrat: p̄ualet veritas fictioni. secus si fictio et vitas tendant ad contraria vel diuersa. nō. Bar. in l. filio. in p̄nci. de libe. ⁊ postu.

Fictio trahit retro quo ad actus p̄dentes. nō quo ad perfectos ⁊ p̄sumatos. vt notat anth.

in. c. p̄te rea. de apel.
Fictio differt a p̄lūptiōe iuris ⁊ de iure. vt nō.
anth. de spon. is qui.

Fidei cōmissari⁹ vniuersalis transmittit
ius petēdi fidei cōmissum vel saltez ius
deliberādi ante restitutionē factam: et
etiā ante aditam hereditatē. nō. Bar. d. lega.
j. l. cū filio. penul. ⁊ vlti. colū. qd̄ itellige in fi/
deicōmissio pure relicto. vel i die certuz.

Fidei cōmissari⁹ decedens aq̄ p̄ditionis vlt̄ diei
euentum: non trāsmittit. C. de ca. tol. l. j. §. si
ue aut̄ sub p̄ditione. nisi p̄ditio esset tacita. vt
nō. Bar. in. §. siue aut̄. ⁊ hoc d̄ tacita conditi
one declara. vt nō. Bar. in. l. cōditiones q̄ ex
trinsec⁹. ff. d̄ p̄di. ⁊ demō. ⁊ i. l. iij. C. d̄ lega. j.

Fidei cōmissuz relictu⁹ sub p̄ditione. si filius in
stitutus decesserit sine heredib⁹: itelligitur id
est sine liberis. q̄z als fidei cōmissuz nunq̄ pos
sit habere locū: cum quilibet heredes habeat
saltē fiscū. ff. ad trebel. l. ex facta. §. finali. ⁊ ibi
nō. Bar. etiā d̄ p̄ditioe si decesserit sine filijs

Fidei iussorem si quis dare tenet et ipm
dare non potest: q̄ non inuenit volen
tem fidei iurare: sufficit iuratoriā cauti
onē p̄stare. ter. d̄ donati. inf. vi. ⁊ vro. p̄ vras
Fidei iussor si vult agere cōtra p̄ncipales: quia
dicat se soluisse debitū. oportet q̄ p̄bet veraz
solutionē. nec sufficeret instrumētū i quo cre
ditor fateat se a fidei iussore pecuniā recepisse.
vt nō. Bar. ff. d̄ iuriur. l. duob⁹. §. a fidei iussore.
re. vide sub verbo p̄curator. §. p̄curator ha
bens mādatū ad recipiēdū.

Fidei iussor an possit eē testis p̄ncipali sup cō
tractu p̄ q̄ fidei iussit. vide sub vbo testis. §. te
stificari nō pōt fidei iussor.

Filius emācipatus lz sit clericus potest
recipere cessionē a patre contra laicū.
nō. Ro. cōclu. clxxij. ⁊ vide sub verbo
negatiua an ⁊ quādo. ⁊ i verbo p̄sumptio. §.
p̄sumi an debeat q̄s. ⁊ vide in vbo p̄curator
§. vniuersitas. §. arbitrator. §. p̄scriptio. §. p̄
scribitur iuri.

Filius nō p̄t inuitus emācipari nisi ex causa. si
cut nec pater possit cogi inuitus emancipare
nisi ex causa. nō. Bar. in. l. q̄daz cū filiū. ff. de
vbo. obli. fallit i infāte q̄ p̄ter ei⁹ p̄sensū eman
cipat. p̄ tex. l. iubem⁹. i fi. C. d̄ emāci. li.

Filius naturalis ⁊ etiam spurius lz non possit
patri succedere: possit tamē in bonis que non
fuerunt patris succedere fratri suo pupillo ex
iudicio patris pupillariter eum substituentis

Itē ex iudicio heredis instituti p̄ patrem pōt
etiā in bonis que fuerūt patris succedere. nō
Bar. de vul. ⁊ pupil. l. si is q̄.

Filius spurius nō potest ab eo cui pater vēdit
bona reposcere: q̄ p̄sumit in fraudez factum

nō. Bar. ff. d̄ vul. ⁊ pu. l. si is cui.

Filius familias potest p̄ patre impetrare rescri
ptum ad agendū nedum curia sed extra etiā
sine p̄sensu patris. nō. Ro. cōclu. clxx. ⁊ p̄t in
causa bñficiali esse in iudicio etiā sine cōsensu
patris. nō. Ro. p̄clu. clxxij.

Filius familias potest i aliquib⁹ casib⁹ esse in iu
dicio sine cōsensu patris. in alijs aut̄ casibus i
q̄bus requirit̄ cōsensus patris si ex post facto
interueniat validat̄ iudiciū prius habitū. nō
Ro. cōclu. clxx. potest etiam filius familias in
alio casu in iudicio coram iudice cōparere: et
debitum cōfiteri ⁊ p̄ceptum de soluendo reci
pere. vt nō. s. verbo confessio facta corā iudi
ce competente.

Fili⁹ legitimatio p̄tinet ad papam ⁊ imperato
rem ⁊ regem nō cognoscentē superiorē. Item
potest fieri p̄ cōsuetudinem ⁊ per statutū vni
uersitatis nō alterius. ad h̄ vide Inno. ⁊ ant.
de fi. instrumē. cū p̄ tabellio

Filius illegitim⁹ ē inhabilis ad bñficia. vt nō.
Ro. p̄cl. cclij. Cōtrariū nō. Inno. ⁊ Jo. an.
in. c. cū n̄ris. in p̄n. ⁊ de p̄ces. p̄ben.

Filius illegitim⁹ non p̄t legitimari p̄ inferiorē
a p̄ncipe ad successionē hereditariā. nec etiam
papa id pōt: nisi in terris sibi tēporali domi
nio subiectis. nō. Ro. p̄clu. cxcv.

Fili⁹ legitimat⁹ vel nepos legitim⁹ ex filio legi
timo natus: an succedat i feudo. vide Jo. an.
in. c. latoz. q̄ filij sūt legiti. sup. j. glo. ⁊ Bal. in
c. naturales. i ti. si de feu. cōtro. fue. inter do.
⁊ cognā. vbi tex. dicit q̄ nō. vide aliqd̄ p̄ eū i
l. finali. in fine. C. d̄ vbo. signifi.

Fili⁹ ex scdo matrimonio nar⁹ censet̄ legitim⁹
lz pater p̄mo cū alia p̄traxisset: si scdm matri
moniu⁹ fuit publice cōtractū ⁊ vro: scda igno
rauit p̄mum matrimoniu⁹. secus si sciuit vlt̄ sci
re debuit: vt q̄ p̄mum etiā fuit publice cōtra
ctum. lz si scdm matrimoniu⁹ fuit clandestinū
tūc ex illo nar⁹ nō est legitim⁹ lz mater p̄mum
matrimoniu⁹ ignorasset. si tamē sup p̄mo esset
lata snia diuortij a qua nō eēt appellatū: tunc
nar⁹ de scdo eēt legitimus lz sentētia diuortij
postea retractaret. nō. Inno. ⁊ Jo. and. in. c.
cū inhibitio. de clādesti. despō.

Fili⁹ nar⁹ ex muliere cū qua nō potuit cōtrahi
obstante impedimēto cōsanguinitatis aut af
finitatis aut publice honestatis: habet̄ p̄ legi
timo si de facto fuit publice matrimoniu⁹ con
tractum ⁊ vir ⁊ mulier vel alter ipoz ignora
uit impedimētū. quod p̄sumitur eo q̄ publi
ce p̄traxerūt. sed si clādestine: tūc nō habetur
p̄ legitimo: etiā si vir ⁊ mulier impedimētum
ignorauerint. vt nō. Inno. ⁊ Jo. an. de clam
desti. despō. cum inhibitio.

Fili⁹ hereditatē paternā etiā non aditam trās

mittit ad quemlibet heredē etiā extraneū. nō
Bar. ff. d. testa. mili. l. ex militari. in fi. trāsmittit
ur: tū eam ex bñficio abstinēdi. vt nō. Bar. ff.
de acq. heredita. l. si q̄s filiū. §. j.

Filius l3 sit suus heres ⁊ necessarius patris de
iure ciuili: tamē qz de iure p̄torio habet bene/
ficiū abstinēdi nō potest vt heres a credito-
ribus hereditarijs p̄ueniri: nisi p̄bes q̄ here-
ditati se miniscuerit l3 se nō abstinuerit. nota
Bar. ff. d. acq̄reda hereditate. l. necessarijs.

Fili⁹ p̄mogenit⁹ nō p̄t sine causa p̄uari p̄ p̄ez
bonis ⁊ iurib⁹ q̄ ex p̄suetudine vel als iure p̄ri
mogeniture sibi debent. vt nō. Jo. an. ⁊ ant.
i. c. licz. de voto. ⁊ i regula. sine culpa. q. ij.

Fili⁹ p̄mogenit⁹ sicut excludit sc̄do genitū d̄ bo-
nis p̄mogeniture debitis: ita ⁊ fili⁹ p̄mogeni/
ti patre defūcto excludit patruū sc̄do genitū.
nō. Oldra. p̄ filio. cccxj. ⁊ Jo. an. in addi. spe
cu. super rubri. de feu. ⁊. redeundo. l3. Cy. di-
cat p̄trariū. C. de bo. ma. l. si vna. idem tenet
Oldra. dicēs q̄ hec opinio est p̄stātor de ve-
ritate iuris in cōsilio. xcij. Bal. tetigit. C. de
ope. liber. l. liberti. ⁊ pleni⁹ disputat. C. d̄ iure
liber. l. cū antiquiorib⁹. ⁊ ibi similiter dicit q̄
nepos p̄feratur q̄n id quod peti⁹ iure p̄moge-
niture feudum est. Cōtrariū tenet Bal. in. l.
vt itestato. C. de suis ⁊ le. in. l. tutela. §. si duo
ff. de testa. tu. idē tenet Bar. in. aut. post fr̄s.
C. de legi. here. vbi dicit q̄ ius p̄mogeniture
p̄sistit in feudo. filius sc̄do genit⁹ p̄fertur ne-
poti. ⁊ vide oīno qd̄ nō. Bar. in. l. is potest. ff.
de acquirē. here. ij. colū. vide oīno sub x̄bo
mors. §. mortu⁹ p̄ re publica. Aduerte tamen
q̄ non dicitur filius p̄mogenitus regis qui na-
tus est ante dignitatē regalem. vt nō. Bar. in
l. cū satis. C. de agri. ⁊ censi.

Filius institut⁹ de restituēdo grauatus p̄t de
trahere duas q̄rtas s̄m canonistas. de testa.
Raynūci⁹ ⁊ Raynaldus. ⁊ debēt legiste hāc
opinionē sequi. vt nō. Jo. an. in. d. c. raynal-
dus. ⁊ tangūt Bar. ⁊ Bal. in. l. pompo. §. me-
minisse. ff. de inoffi. testamē. ⁊ Oldra. consilio
suo. cl. vj.

Filiusfamilias nō p̄t testari nec codicillari etiā
patre volēte. l3 causa mortis donare p̄t: eo cō-
sentiente. nō. Bar. ff. de testa. l. q̄ i p̄tate. requi-
ritur tū q̄ ille cui donat sit p̄sens vel publica
p̄sona stipule⁹ p̄ absente. nō. Bar. in. l. tā is.
§. j. ff. de dona. cau. mor. patri autē p̄sententi
etiā nō p̄t filiusfamilias causa mortis dona-
re. p̄t ergo pater p̄sentire filio donanti ad co-
modū alteri⁹ sed nō ad comodū ip̄ius patris.
ideo nec consensus patris valeret si fili⁹ dona-
ret fratri in eiusdez patri p̄tate existētī: inq̄stū
ex illa donatiōe q̄rere⁹ patri vsufruct⁹. vt nō
p̄ glo. ⁊ Bar. in. l. j. ff. de auto. tu.

Filius militis dici non debet q̄ ante adeptā mi-
litiā natus est. dicit Bal. in. l. imperialis. §.
is illud. C. de nup.

Filius an sequatur p̄ditionem patris vel m̄ris
vide sub x̄bo seruus. §. j.

Filius legitimat⁹ habilior ē ad bñficia q̄ dispē-
sat⁹. qz legitimatio vberior est. et per eam ba-
stardus efficitur legitim⁹. vt nō. anth. in. c. cū
vinconienf. de elec.

Fili⁹ bastardus nō d̄ esse de domo vel familia
vel agnatione patris. ⁊ hoc s̄m p̄p̄riā signifi-
cationē. l3 si cōmunis modus loquendi eēt q̄
appellatione dom⁹ vel familie vel agnationis
p̄tinerent bastardi: tūc sine dubio p̄tinerent.
Itē fili⁹ bastardus d̄ nobilis si pater fuit no-
bilis. vt nō. Bar. in. l. si. C. d̄ x̄bo. signifi. Cō-
trariū dicit Bal. in. l. cū legitime. ff. d̄ sta. ho.
⁊ refert anth. in. c. venerabilez. q̄ filij sunt le-
giti. xxviii. colū. Si p̄deres verba Bar. nō
p̄tradicit. qz non dicit q̄ fili⁹ bastardus sit no-
bilis: sed qz est nar⁹ ex patre nobili. d̄ etiaz de
parētela esse ⁊ de sanguine patri. vt nō. Bar.
in. l. p̄nūciatio. §. familie. ff. e. ri. vide plenius
p̄ euz in. l. tutelas. in p̄nci. de ca. di. ⁊ quod d̄
in bastardo: idē in legitimis ex bastardo nai.
vt nō. Bal. in. d. l. fina. C. de x̄bo. signifi. Ad-
uerte tū q̄ l3 bastardus dicat esse d̄ genere et
sanguine patris: tū hāc habet q̄litate q̄ d̄ de
genere ⁊ sanguine imp̄obato. vt nō. Jo. an. i.
c. statutuz. ij. de here. li. vj. in nouella. sup. gl.
supradixit. vide glo. in. de. j. d̄ baptis. sup. ver-
bo liberi. S3 videt q̄ bastardus nō dicat esse
genere patris: qz gen⁹ sumit p̄ agnatione. vt
nō. p̄ glo. ⁊ Bar. ⁊ ange. in. l. j. ff. de proba. ⁊
sic gen⁹ ⁊ agnatio sunt noia ciuilia q̄ nō cadūt
in bastardis. vt nō. Bar. in. locis. s̄. allega. ⁊ i.
l. ex facto. §. si q̄s rogat⁹. ff. ad trebel. vbi etiā
ange. idē dicit. ⁊ Bal. in. l. generalit. §. fi. C.
de insti. ⁊ substi. Itē dicit Bal. q̄ bastardus
nō ē de castro nec d̄ domo legitimorū nec p̄t
portare arma ip̄oz nisi ei p̄cedat vt ip̄e nō. in
l. filiū. ff. de his q̄ sunt sui vel alie. iur. l3 anth.
dicit q̄ ex cōmuni vsu seruat cōtrariū: l3 stri-
cte dicat fili⁹ quē nuptie demōstrāt. vt ip̄e nō
in. d. c. p̄ venerabile. xxviii. colū.

Filius eximitur a patria potestate eo ip̄o q̄ est
factus ep̄s. tex. est i. c. p̄ venerabilem. qui filij
sunt legiti.

Fili⁹ illegitim⁹ an p̄t legitimari p̄ statutū ciui-
tatis. Bar. dic q̄ nō. in. l. ij. ff. de testa. ⁊ in. l.
nō ambigif. ff. de legi. idē dicūt butri. ⁊ Bal.
si p̄ls habet ad h̄ p̄tatez a p̄ncipe p̄cessam: ⁊
tūc planū ē q̄ p̄t legitimare. idē si p̄ls ē in q̄si
possessione legitimādi tāto tpe cui⁹ p̄trariū nō
est memoria. idē si allegat p̄cessionē cū possessi-
one t̄pis decimalis. per. l. cuz in rem x̄so: his



cessantibus si ipsi habet regalia. et multo minus potest si non est liber. et hec vera in quantum ipsi vel let legitimare ita quod filius esset integratus ad iura legitimatatis ubique locorum. si autem vellent simpliciter habilitare filium ad successionem acti legitimus esset: potest ad bona que sunt in territorio status entis etiam si spurius sit secundum Bar. ut non. anth. in. c. p. venerabile. que filii sunt legitimi. colu. xviii. non. nunquam autem potest civitas. sed Bal. dicit contrarium in spurio sed de naturali fateatur quod potest per statutum habilitari ad succedendum. in. d. l. j. de iure annulorum aureo.

Filius que spurius et incestuosus simul: an potest legitimari per habentem potestatem et privilegium legitimandi spurios et incestuosos. Jo. cal. dicit quod non quod istud privilegium est exclusum in quo non venit dicta species mixta. ut refert Jo. an. i. additi. spe. sup. rubri. que filii sunt legitimi. non. huic questione. Bar. dicit contrarium in. l. j. ff. de verbo. signi. Anth. dicit quod opinio caldrini est vera quod alteri non fieret iudicium per legitimatorem talem venienti ad successionem. opinio Bar. est vera quando fieret alteri iudicium ut non. anth. in. d. c. p. venerabile. xx. colu. non. nunquam autem habens. vide s. verbo dispensatio. §. dispensatio facultas.

Filius illegitimus an possit legitimari per episcopum. vide s. verbo episcopus. non. episcopus non potest legitimare.

Filius et si legitimatus simpliciter. et postea pater habuit filium legitimum ex uxore legitimatio evanescit: quod in rescripto legitimatorem inest dicitur si pater legitimus non habuerit secundum Frā. de verbo. ut non. Jo. an. in additi. specu. de successione. ab intestato. §. j. non. sed ex facto. Contrarius tenet Goffre. ut non. ibi specu. et idez non. anth. in. c. p. venerabile. que filii sunt legitimi. xxvii. colu.

Filius illegitimus si legitimatus post mortem patri et tacet patrem reliquisse filios legitimos. non valet legitimatio tanquam surrepticia ex taciturnitate predicta. ut non. Jo. an. in additi. specu. de successione. ab intestato. §. si. non. sed ex facto.

Filius natus ex duplici adulterio scilicet ex patre uxore rato et matre alteri uxore. si in impetratone legitimatorem dicat se natum de adulterio: tacita duplicitate predicta: non valet impetratio tanquam surrepticia. ut non. Jo. an. in additi. spe. sup. rubri. que filii sunt legitimi. non. quero si natus. et habet tenet anth. in. c. p. venerabile. qui filii sunt legitimi. ix. colu. non. nunc descendendo ad secundum. idem si filius sit natus de adulterio mixto cum incestu et tacuit se incestuosum. ut non. Jo. an. sup. rubri. predicta. non. huic questione.

Filius si legitimatus legitimatorem noui iuris collatiua puta tali conferimus legitimatorem: talis legitimatio non trahit retro. sed si legitimatus legitimatorem restitutiua: ut reintegram te ad omnia iura

primaeva acti legitime natus esses: tunc trahit retro usque ad principium natiuitatis. ut non. ant. in. d. c. p. venerabile. xxj. colu.

Filius qui legitimatus an sint citandi illi que alii sunt ab intestato successuri. dicit Jo. an. quod non valet legitimatio nisi consentiant illi quibus iudicatur: quod legitimatio fit ex iurisdictione prorogata ut ipse non. in. d. c. p. venerabile. in verbo libere. et in verbo potuit. sed in additi. spe. in ti. de successione. ab intestato. §. j. non. sed ex facto. per primam questionem non facit differentiam inter iurisdictionem prorogatam vel non prorogata: sed simpliciter dicit non prorogari agnatis quibus erit ius quesitum. Hosti. dicit quod si legitimatio fiat viuo patre: sufficit consensus soli patris: proterquam in feudalibus in quibus requiritur etiam consensus domini feudi. sed si fiat mortuo patre: requiritur consensus omnium quibus iudicaretur in successione: ut refert Jo. an. in. d. c. per venerabilem. in verbo requisisti. et idez dicit Hosti. in summa. qui filii sunt legitimi. penul. colu. quo ad hereditatem iam deuolutam. sed quo ad deuoluendam: non requiritur consensus alicuius secundum Hosti. ibi. Bar. autem in. l. galli. §. et quid si tamen. dicit quod si pater petit filium legitimari: tunc si pater ordinauit in testamento filium legitimari: non requiritur citatio alicuius secus si pater nil ordinauit: quod tunc requiritur citatio et consensus illorum quibus erat ius succedendi quesitum. posset tamen princeps si vellet etiam illis irrequisitis legitimare. Et idez dicit Bal. in dicto. §. et quid si tamen. sed antho. in hoc passu diffuse et satis inuolute loquitur tamen conclusio sua est hec. aut legitimatio fit post mortem patris de cuius successione agit aut in vita. primo casu si non exprimitur aliquid de iure alteri quesito: valet legitimatio: sed non ad preiudicium illius de cuius preiudicio agit. si autem princeps exprimat de hereditate et iure alteri quesito: valet legitimatio in terris legitimantis etiam ad preiudicium alterius non citati. sed in alijs terris non valet nisi consentientibus illis quibus est ius quesitum. secundo casu principali quando legitimatio fiat in vita patri si fit ad patris voluntatem: valet etiam ad preiudicium sperantis hereditatem etiam illo non vocato. exigitur tamen quod fiat mentio agnatorum. et quod dicatur non obstante lege. nec sufficeret secundum sine primo. si vero fiat ad instantiam filii: tunc non valet non consentientibus agnatis: nisi princeps fuerit certificatus patrem alios liberos vel agnatos legitimos habuisse. et hec vera: etiam si princeps motu proprio legitimatorem faciat. ut non. ant. i. d. c. per venerabile. xxj. et **Filius** non potest legitimari nisi ipse et pater (xxij. colu. ter eius si viuit consentiat. ut non. ant. in. d. c. p. venerabile. xxij. colu.

Filij legitimatio potest fieri p̄ pcuratores tam ex parte filij q̄ ex pte patris. vt nō. ant. in. d. c. p̄ venerabilē. xxij. colū. Et idem tenet Bar. i. l. gallus. §. fositan. de libe. et postu.

Filius an possit emancipari p̄ pcuratores tam ex pte sui q̄ ex pte patris. vide sb̄ x̄bo pcurator. §. pcurator. nō p̄t p̄stitui p̄ patrē.

Filiū nō p̄t aliq̄s adoptare p̄ pcuratorē. ff. d̄ adop. l. post mortē. §. si. et ibi nō. Bar. Idem nō. ant. in. d. c. p̄ venerabilē. xiiij. colū.

Filius lz potest legitimari vt fili⁹ patre petēte: tñ nepos ex filio p̄mortuo nō p̄t peti legitimari vt nepos petēte auo. qd̄ ē vex i legitimatio ne restitutua. lz in collatiua sic. vt nō. anth. in. d. c. p̄ venerabilē. xxij. colū.

Fili⁹ potest legitimari vt succedat in certa parte et in certa nō. nō. antho. in. d. c. p̄ venerabilem. xxij. colum.

Filius legitimatus an cōprehenditur in statuto loquēte de legitimo vide sub x̄bo statutus loquens de legitimo. et §. se.

Filius legitimatus simpliciter acquirit indifferenter ius succedēdi agnatis: siue de illis fiat mentio in legitimatiōe siue non. et hoc verū in legitimatiōe restitutua. et idem in collatiua si fiat als habenti succedēdi ius a natura. lz si fit als non habenti a natura tunc nō acq̄rit ius succedēdi nisi iter p̄sentientes. vt nō. ant. in. d. c. p̄ venerabilē. xxv. colū.

Filius legitimat⁹ viuente patre rūpit testamētum patris in quo ip̄e nō fuit institut⁹. vt nō. ant. in. d. c. p̄ venerabilē. xxvj. colū.

Fili⁹ legitimatus excludit substitutuz patri sb̄ cōditione si pater decefferit sine liberis legitimis. fm̄ Jaco. d̄ are. vt nō. Jo. an. in additi. spe. in ti. d̄ succes. ab intesta. §. j. v. sed ex post facto. in fine. Contrariū dicit antho. in. d. c. p̄ venerabilē. xxvj. colū.

Fili⁹ appellatione non continet bastardus. nec quo ad honores et comoda. nec quo ad penal et damna. vt nō. Bal. in. l. filium. ff. d̄ his qui sunt sui vel alie. iur. vide sub x̄bo statutuz. §. statutū deponēs de filio.

Filius naturalis tm̄: pp̄rie dicitur ille qui ē natus ex cōcubina in domo retenta: lz ex cōmuni vsu loquēdi dicitur filius quilibet natus ex soluto et soluta. vt nō. Jo. an. in addi. spe. in ti. qui filij sunt legiti. super rubri. v. que stionē. de statuto. et nota. antho. in. d. c. p̄ venerabilē. xxvij. colū.

Filiusfamilias si per viginti annos se gessit p̄ sui iuris: liberatur a patria potestate. l. j. et ibi nō. C. de pa. po. Si aut̄ fuit emancipat⁹ sed minus legitime. tūc si p̄ decēniū se gessit p̄ emancipato: effici⁹ sui iur. l. post mortē. ff. d̄ adop. Et p̄dicta nō. ant. d̄ censi. puenit. penul. co.

Filius viuo patre non d̄: habere aliq̄d ius i legitima. nec viuo patre est ei debita lz q̄si debita. nō. Bar. in. l. fi. de li. ag. S3 Bal. aliter dicit in. l. iij. C. de iur. et fac. igno. et lz quo ad legitima filij naturalis. S3 i legitima filij adoptiui siue arrogati: vide q̄ filius i illa ius habeat viuo patre: qz etiā in vita patris sibi debetur et dies cedit lz non veniat nisi post mortē patris. et sic viuo patre ex cōstitutioe diui p̄j statim pater adoptiuus tenetur et obligat ad quartā: lz non possit peti nisi post eius mortē et est casus in. l. j. §. si impuberi. ff. d̄ colla. bo. per quem tex. cōcludit q̄ filius decedēs viuo patre adoptiuo: trāsmittit ius suū et illā quartā: lz Bal. dicat p̄trarium in. l. si arrogator ff. d̄ adopti. et male. quia contra tex. in. d. §. si impuberi. imo bene dicit: et est casus p̄ eo. nā ibi datur cōclusio q̄ illa que ad heredem trāsmittitur: conferunt. ideo si tractatur de collatione quarte viuo patre: non fit collatio. ergo etiam nec fit trāsmissio. nec obstat q̄ tex. dicit q̄ quarta debet viuo patre: quia illud verbum debetur: stat imp̄prie. vel debet i euentū q̄ pater p̄decedat. Sic etiā dicim⁹ q̄ filio naturali debet q̄rta siue legitima iure naturali: et tñ intelligit q̄ debet in euentū quo pater p̄decedat als sequeret q̄ plus iuris haberet i legitima filius adoptiu⁹ q̄ filij naturalis. cōtra id qd̄ nō. glo. insti. de adop. §. cū aut̄. et in. l. si erogaf. ff. e. ti.

Filiusfamilias si recipit dotē in pecunia vel in specie et ex re vel pecunia dotali aliq̄d lucret: vtrū patri de dote vel lucro aliquid acquirat in pp̄rietate vel vsufructu. vide Bar. in. l. cōtra iura. §. j. ff. de re. amo. actione.

Filiusfamilias est capax dotis. ff. solu. matri. l. ij. §. q̄ si in patris. ff. fami. hircif. l. p̄poni⁹ filadelfus. ideo illaz non acq̄rit patri. vt notat Bar. in. l. placet. ff. de acqui. heredi. saluo q̄ actio p̄ dote restituenda ē cōmunis patris et filij. in. d. §. q̄ si in patris.

Filiusfamilias an et qñ p̄t cū patre p̄trahere et se inuicē obligare. vide plene p̄ Bar. in. l. frater a fratre. ff. de cōdi. inde.

Filiusfamilias acq̄rit p̄ri vsufructū d̄ oibus q̄ ex opa sua q̄rit: qz talia reputant̄ aduenticia. A. de bo. q̄ li. l. cū oportet. i p̄n. et nō. ibi Bar. in. l. si tibi. x. §. si partus. ff. de pactis.

Filiusfamilias est capax dotis vxoris. et filiafamilias est capax donatiōis p̄pter nuptias viri: et tam filius q̄ filiafamilias sūt capaces lucroz nuptialiu: et in illis habent hodie heredes. C. de bo. que libe. l. qd̄ satis. et Bar. in. l. post dotem. An aut̄ filiusfamilias habeat heredem in dote. vide Bal. in. d. l. quid satis. et Bar. in. l. post dotē. ff. solu. matri.

Filius familias succedit filio suo nepoti quo ad
aut in proprietate. auus autem retinet usufru-
ctū. **C. de bo. que libe. l. quid satis. 7 ibi nō. p
Ly. 7 Bal.**

Filius emancipatus non potest patri stipulari:
sz pater filio emancipato sic. 7 que sit ratio dif-
ferentie: vide **Bar. in. l. quod dicitur. ad fi. ff.
de vbo. obli.**

Filius an potest stipulari patri existēti i prāte:
vide **Bar. in. d. l. quod dicit. ad fi. 7. l. si fili.
ff. de vbo. obli.**

Fines castrorū 7 villarū non est necesse
ponere in libello in quo petitur castruz
vel villa: sed sufficit nomē castri vel vil-
le exprimere: quia castra et ville cōmuniter sūt
nota: nisi essent duo castra. vñ due ville eiusdē
nois. nō. **Bar. i. l. si i rem. ff. de rei vēdi.**

Fines pbant p antiquos libros 7 p antiqua i-
strumēta. vt pbatur de pba. c. cuz causam. et
d̄ censi. cū olim. in tex. 7 glo. Et lz tales fines
describāt p verba narratiua ob aliud emissa:
tñ qz in talibus sufficiūt leues pbationes. illa
vba narratiua faciūt plenā pbationē. vt nō.
**Jo. an. in. c. abbate. s. papa. d̄ priuile. li. vj. in
glo. sup vbo pbata. idem nō. Bal. C. de iur.
deli. l. cū aliqs. 7 d̄ epi. 7 de. l. puēticula. si au-
tem instrumēta nō essent antiq̄: ruc licz fidem
facerēt int̄ p̄trahētes: nō tñ qd ad tertiū. vt nō
**Bal. in. d. l. puēticula. Sz intelligit glo. 7 qd
nō. Bar. in. d. l. cū aliqs. 7 Inno. in. c. cum in
iure. de offi. delega.****

Fiscus nō est ver⁹ heres deportati siue
illius cuius bona sunt publicata licz in
ip̄m fiscū trāseant oia bona p̄denati. sz
cōditionalia iura puenit. nota ant. de iuriur.
q̄ntauallis. v. xij. d̄ fia.

Fiscus si vendit rem alienā: an emptor sit secu-
rus: vide pulchre p **Bal. in. l. j. C. de here. vl
ac. ven.**

Fisci puilegia 7 iura in corpe iuris sperfa. vide
pulchre collecta p **Bal. i. d. l. j. C. de here. vl**

Forma dat esse rei: 7 ea defi (ac. ven.
ciēte res deficit. qd est vez in forma es-
sentiali 7 naturali. sec⁹ i accidētali 7 vo-
luntate hois inducta. nō. ant. de rescrip. sup
litteris. x. colū. Sz **Jo. an. dicit qz vbi forma
trahit ab homine: nō valet ip̄o iure actus fa-
ctus forma nō fuata. sec⁹ i forma tradita a iu-
re. vt ip̄e nō. in de. j. d̄ sequel. possel. super. v.
nullatenus.**

Fornicatio oēm carnalē illicituz ꝓcubi-
tū comprehendit. nō. ant. de coha. cleri.
vra. ij. colū.

Fornicator siue sit p̄sbr siue sit simplex cleric⁹:
eodē iure 7 eodē modo punitur. nō. ant. d̄ co-
habi. cleri. vra. v. nota qz.

Fater vterinus tm̄: excludit fratrem cō-
sanguineū tm̄ a successiōe alterius fra-
tris i bonis ex materna linea quesiti. et
ecōuerso frater ꝓsanguine⁹ tm̄: excludit vte-
rinum tm̄ in bonis ex paterna linea q̄sitis In
q̄sitis aut aliūde q̄ ex paterna vel materna li-
nea: succedūt eq̄liter. **C. de legi. here. l. d̄ emā
cipatis. 7 ibi nō. Bar.**

Frater aut vtrimqz ꝓiūctus fratri defuncto: ex-
cludit tam vterinū tm̄ qz ꝓsanguineū tm̄ in q̄-
buscūqz bonis. **C. de le. here. aut. cessante. let
aut. post fratres fratru.**

Fraus q̄liter p̄bet: vide bonum tex. 7
glo. in. c. ij. de renū. li. vj. 7 d̄ re. pmut.
c. j. e. li. in glo. sup vbo fraude. dic qz dolus 7
fraus pbāt semiplene p iuramētū. vt patz in
tex. 7 glo. i. c. ex l̄ris. de resti. i integz.

Fraus p̄t cōmitti ꝓ legē 7 ꝓtra psonā. in q̄tuz
cōmittit cōtra legē: est species separata a do-
lo. in q̄tum cōmittit ꝓtra psonā ē species do-
li. dolus enī est gen⁹: 7 pōt cōmitti vbis et re
ip̄a id ē p verba 7 facta. fraus autem p facta
tm̄ fm̄ **Tho. de aq̄no cui standum est lz q̄nqz
iura his verbis abutant. vt notat Bar. i tra-
ctatu de teste. s. fraus.**

Fructus q̄liter 7 in q̄bus casib⁹ in sortē
cōputant vide singulariter p antho. d̄
iuriur. ad nr̄am. s. penul. v. oꝓono. et
vide s. vbo exp̄se. 7 j. in vbo itereffe. in ver-
bo iudex. in verbo libellus. s. libellus genera-
lis admittit.

Fruct⁹ appellacione ꝓtinet collatio bñficiorū: q̄
d̄ esse i bonis 7 fructu mēse episcopalis. nō.
glo. de ma. 7 obe. cū olim. 7 vide s. vbo bene-
ficiū. s. beneficiorū collatio. idem in electi-
one 7 ꝓsentacione. nota **Ro. conclu. ccl viij.**
nā fructus possessionis iuris eligendi 7 ꝓsen-
tandi est ip̄a electio 7 ꝓsentatio. sed iudicare
7 excōdicare nō sūt fruct⁹ iurisdictionis. nec ꝓ-
prie fruct⁹ dici p̄nt sed poti⁹ periculū laboris
7 cure. nō. **Ro. ꝓclu. cccxix.**

Fruct⁹ iuris patronat⁹ ē ip̄a ꝓsentatio. q̄ est fru-
ctus industrialis: nō naturalis. vt nō. d̄ re iu-
di. cum **Bertoldus. i glo. fi. 7 nō. Jo. an. in. c.
ꝓsultationib⁹. de iure patro.**

Fructus quos agēs possessorio 7 obtinens cō-
secutus est. aduersario tenetur idem aduersa-
rio postea i petitorio agenti 7 obtinēti restitu-
ere. qd̄ intellige vt nō. **Ro. ꝓclu. cccxxx viij.**
Sed simpliciter alibi dicit qz q̄ obtinet i possel/
torio: lz succūbat i petitorio: nō tenet fructus
restituere. vt nō. **Ro. ꝓclu. cccc.**

Fructus bñficij nō tenet restituere q̄ bñficiū
iniuste detinuit: si ab initio habuit bonam fi-
dem 7 colorē detinendi qz talis dicitur possel/
sor bonefidei. nō. **Ro. ꝓcl. xxvj. Sz alibi dic**

quod fructus beneficij tenetur restituere qui succubuit huiusmodi habuerit iustam causam litigandi. quia pars beneficij sunt et beneficium debentur. et huiusmodi ante litem testamentum possit quis in casu esse beneficii dei: tamen post litem contestata. de malefidei si succubuit. ideo ad restitutionem fructuum tenetur. non. Ro. p. clu. clxxvij. Aduerte tamen quod fructus extantes sibi tenetur possessor quantumcumque beneficii dei fuerit restituere. non. ant. de resti. spo. i. lit. teris. xvj. colu. v. si opponitur exceptio.

Fructus beneficij si succedenti debeantur in beneficio pro tempore predecessoris vel heredis defuncti: an vero debeantur ecclesie. vide de offi. ordi. cum vos. et quod non. Jo. an. e. ti. presenti. li. vj. vide oino ibi pe. more et per archi. de rescriptis statutum. s. accessorem. e. li. et per eundem. xij. q. v. c. j. vide tex. de testa. cum in officijs. et melius. e. ti. relatum. ij. et ibi per matthe. et vide glo. que facit differentiam inter platum et canonicum in eo quod platus de successor predecessoris: canonicus vero non. in. c. quod sicut. de elec. sup. verbo consentire. i. glo. in fine. et vide tex. et Bal. in. l. de functa. ff. de usufructu. et Bar. in. l. diuortio. i. pnci. ff. solu. matri. et in. l. ff. de iure filii. vide oino Cal. et Fra. de zabo. in. c. ff. de pecu. cleri. et vide sub verbo platus. s. plati huiusmodi sunt.

Fructus non tenetur restituere possessor qui errauit in iure. quia error iuris excusata fructibus. fm. Dy. i. regula possessor. Bar. tamen aliter distinguunt in. l. ff. de iure filii. s. et si lege. s. scire. ff. de peti. here. vide oino i. c. nihil. de elec.

Fructus consistit in redditu. sed non conuertitur quia partus ancille est in redditu sed non in fructu. vt non. glo. de elec. generali. li. vj. in glo. penulti. vide tex. ff. de exerci. li. l. j. s. exercitiores. et quod non. Bal. ff. de condi. inde. v. inde. l. si vrbana. et ff. solu. matri. l. diuortio. s. funduz. et s. q. in anno.

Fructus et pensiones rei alienate an pertineant ad emptorem vel venditorem: vide Bar. in. l. ff. s. ff. de iure filii. et ange. i. l. ff. s. penul. ff. de his que in frau. credi. et Bal. in. l. in vedendo. s. finali. ff. de ptra. emptio.

Fructus iurisdictionis si primo anno pertinet ad unum scdo ad alium et vltima die primi anni committitur maleficii pro quo fit condemnatio ad penam in scdo anno: talis pena debet illi ad quem fructus primi anni pertinebant. vt non. Cy. et Bal. i. l. ff. de iur. oi. iudi. et Bal. tagit etiaz. ff. solu. matri. l. diuortio. in pnci. vlti. colu. Cy. alle. l. quecuq. ff. de acti. et obli. Bal. alle. l. is qui in puteu. s. si postea. quod vi aut cla. Ego alle. l. ff. s. non soluz. in fi. ff. de his que in frau. credi. que melius facit.

Aga eius qui dicitur deliquisse an probet delictum plene: vel semiplene: vel sal

tem indicium faciat. vide sub verbo probatio. s. probationi.

Non potest agere contra furem pro re furata sibi pro alius subtracta nisi fudat intentum suum super alio interesse quam super eo quod ipse domino rei teneat furti. posset tamen agere triticaria ratione soli possessionis. non. ant. de resti. spo. i. lris. v. p. b. ptz. v. colu.

Furiosus habens dilucida iterualla an possit esse arbitrator. vide s. verbo arbitrator. s. arbitrator potest esse furiosus. et vide sub verbo senia.

Furoz et dementia qualiter probetur: et an semel furiosus presumat pseuerasse talis. vide sub verbo probatio. s. probat furoz.

Omnitium ab homine platum non significat de necessitate domini. verificatur nedum in possessione sed etiam in detentione. non. glo. in. l. ij. in pnci. ff. de ori. iur. idem si pferat a lege. tex. e. in. l. j. in fi. cum. l. sequente. ff. nau. cau. sta. et i. l. ij. s. in hac. ff. vi bono. rap. et non. per Bar. in dicto. s. in hac. et sup. rubri. de no. co. compo. et super rubri. de no. ope. nucia. Sed antho. dicit quod quicquid significat domini. quicquid possessione rei. quicquid quasi possessione iurisdictionis. in c. j. de postu. pla. penul. colu.

Omnis subsequens species numeratas restringitur ad qualitatem specierum enumeratarum. de rescriptis. sedes. de cura. qui ad agendum li. vj. et in clem. non potest. e. ti. et non. antho. in clem. j. de pben. et vide per eundem in. c. sedes. de offi. archi. s. fi. v. scdo op. pono. et per Bar. in. l. ff. s. cui dulcia. de tri. vi. et ole. le. et in. l. qsitum. s. fi. de fun. instruc.

Generi per speciem derogatur: huiusmodi in dispositione speciali posteriori non fiat mentio de generali. de pbe. quis. ij. et c. dudum. li. vj. vide sub verbo vniuersitas. s. vniuersitas a generalitate

Generalis dispositio tamen operatur quo ad genus quantum specialis quo ad speciem. ff. de admi. tut. l. si duo. C. de pscip. xxx. ano. l. oes. et C. qui muli. tu. offi. fu. po. l. fi. Vide Bar. ff. si qs cau. in iudi. sist. cau. fac. non obtinuerit l. sed si qs. s. qsitum

Generalis sermo an comprehendat personam loquentis: vide Bar. in. l. j. ff. de sena. et Cy. in. l. in qsitio. C. de solu.

Genus si est unum comprehendens plura et aliud est genus comprehendens pauciora: illud quod pauciora comprehendit habet pro specie vide si i. eadem dispositione vel etiam si in diuisis sunt duo generalia quorum unum est minus altero illud quod minus est: pro specie reputatur: et pro illud

tanq̄ p̄ speciem generi derogatur. l. vrozem
 §. codicillis. 7. §. fi. de le. iij. 7. l. fuo manumif-
 so. de pecu. le. l. q̄sitū. §. fi. de fun. instruc. 7. nō
 Bar. in. l. j. §. j. ff. de no. ope. nūcia.

Generalia v̄ba accessorie apposita: restringunt
 ad suū p̄ncipale. l. p̄dij. in p̄nci. ff. de lega. iij.
 7. ibi nō. Bar.

Generalia 7. vniuersalia verba apposita verbo
 futuri tēporis: si dispositio continet actus cō-
 cessi extētionem: nullam recipiūt limitationē
 siue restrictionē 7. vniuersaliter intelligūtur
 si ex tali intellectu non resultat dispositio vitio-
 sa. nō. Bar. in. l. j. §. nūciatio. ff. de no. ope. nū-
 cia. nec resultat absurditas vt nō. Bar. in. l.
 nō dubiū. C. de legi.

Generalis quitatio et liberatio an extēdat ad
 inexcogitata: 7. ad ea ad q̄ q̄s tenetur rōne do-
 li. vide Bar. in. l. amelio. §. gayus. ff. de libe-
 le. in. l. tres fratres. ff. de pac. 7. Cy. 7. Bal. in
 lactioe. C. de rāfactio.

Gratia apostolica cōsiderat̄ 7. discutit̄
 fm̄ datam: nō fm̄ p̄sentationē vel rece-
 ptionem ip̄ius gratie. de p̄ben. cū qui.
 li. vj. Vide antho. de iure patro. p̄sultationi/
 bus. i. sc̄do notabili. dictamē q̄ quo ad impu-
 gnādaz dictā gratiā de surreptioe: inspicitur
 tempus date. sed quo ad p̄petuādā potestātē
 executoris in eadem dati 7. quo ad ip̄am pote-
 statem i exercitiū deducēdā: inspicitur temp̄
 receptionis litteraz. nō. Ro. p̄cl. ccccxxviii.
 7. circa tertiū. ad fi. vide plene p̄ Jo. an. de p̄-
 ben. dilectus. ij. sup. glo. ij. in fi. 7. quod nō. gl.
 vlti. in de. fina. de rescrip. 7. tex. cū glo. in de.
 si de bñficio. de p̄bē. vide plenissime p̄ ant.
 in. d. c. dilectus. vj. colū. 7. vide s̄. in v̄bo bñfi-
 cium. i. v̄bo clausula. i. v̄bo dispēsatio. p̄ totū.
 in verbo p̄uilegiū. p̄ totū.

Gratia si est impetrata de bñficio tāq̄ vacante
 vno modo: 7. vacat alio modo: nō debet bñfi-
 cium impetrātū q̄ expressit falsum modū vacā-
 di 7. tacuit verū. nō. Ro. p̄clu. xxvij. nisi i gra-
 tia sit illa clausula siue alio quouis modo va-
 cer. nō. Ro. conclu. cxxix. vide oino lap. alle.
 lxxxix. vbi singulariter limitat. c. susceptū. et
 idem in gratia de bñficio vacaturo. naz dicta
 clausula: vel alio quouis modo includit oēm
 speciem vacatiōis fm̄ Jo. an. quod est veruz
 fm̄ lap. de vacatiōe cōtingente p̄ eādem p̄so-
 nam i gratia nominatā. secus si per aliam. nō.
 Ro. p̄clu. ccccxxj. dictū lapi itellige nisi i gra-
 tia dicere siue ex alteri? cuiuscūq̄ p̄sona va-
 cet vel vacauerit. put hodie cōiter sit.

Gratia bñficij vacātis impetrans si narrat plu-
 res modos vacādi: sufficit altez p̄bare. nota.
 Ro. p̄clu. lxxx.

Gratia bñficialē impetrās tenet̄ de bñficio qd̄

obtinēt specialē facere mētionē: nec sufficit ge-
 neralis. qd̄ qualiter itelligat̄. vide ant. i de. fi.
 de offi. ordi. 7. Oldra. p̄silio. cxi. i. fi. vbi oino
 vi. 7. iterato lege.

Gratia bñficij impetrans lz de oibus bñficijs q̄
 obtinet tenetur facere mētionē: tñ nō de q̄lita-
 tibus ip̄oz bñficioz. nō. glo. in de. f. de p̄ben.
 7. nō. Ro. p̄clu. cvii. lz ergo qualitātē ex abū-
 dātī exp̄mar: puta si dixit illa bñficia fuisse p̄-
 eum creata et dotata: p̄bare non tenetur. nō.

Ro. p̄clu. lxxxj. Sed si valorē ip̄oz bñficio-
 rum expressit: illū p̄bare tenetur si neget. als
 nō. nō. Ro. p̄cl. cclxxx. lz autē regulariter nō
 tenet̄ impetrans dictas qualitates exp̄mere:
 fallit i tribus. in qualitate dignitatis. in qualita-
 te cōtinue residētie. 7. in q̄litate cure fm̄ Cal.
 vt nō. ant. de rescrip. i. nostra. 7. tertio quero
 tamē glo. in. d. demē. j. dicit contrariū in qua-
 litate cure.

Gratia bñficij impetrās ex causa p̄mutationis
 nō tenet̄ de alijs suis bñficijs aliquam facere
 mētionē. nō. Fre. de senis. i tractatu p̄muta.
 q. xvij. 7. i p̄silio. lxxij. p̄ q̄ p̄cludi p̄t q̄ impe-
 trās bñficiū simpliciter si habet gr̄am p̄mutā-
 di aliud: nō tenet̄ d̄ illa gr̄a facere mētionē.
 qz p̄ illā nō habet ius ad bñficiū simpliciter lz
 ex causa p̄ quā debet aliud dimittere. vt colli-
 gitur in. d. q. xvij. in fi.

Gratia bñficij impetrās tenet̄ verū valorē bñ-
 ficij impetrati nō solū exprimere lz etiā p̄bare
 lz nō neget qz pars gratie sue ē. nō. Ro. p̄clu.
 cccxlj. sed valorē bñficij obtenti nō tenetur
 nō. Ro. p̄clu. cclxxx. lz autem valorē fructuū
 bñficij qd̄ impetrat exp̄mere tenetur: tamē de
 quotidianis distributiōib⁹ non tenet̄ mētio-
 nem facere. quia ille danē ratiōe certi ministe-
 rij p̄sonalis 7. nō sunt de corpore beneficij. nō.

Ro. p̄clu. cxxx. idēz in mortuarijs 7. anniuer-
 sarijs. nō. Jo. an. in addi. specu. sup. rubri. de
 p̄cl. p̄bē. 7. demū q̄rebat̄.

Gratiam impetrās a papa vel eius legato lz te-
 neatur facere mētionē de omnib⁹ beneficijs
 q̄ obtinet. vt in. c. fi. de offi. lega. li. vj. quod p̄-
 cedit siue legatus conferat iure legatiōis siue
 ex speciali cōmissiōe pape: vt nō. Jo. an. i de.
 fina. de offi. ordi. in glo. penul. lz quo ad speci-
 alem cōmissiōē p̄trariū sentiat domi. in. c. is
 cui. de p̄ben. li. vj. sup. glo. ij. S; cum Jo. an.
 tenet lap. in. d. c. fi. tamē secus est qñ impetrat
